Conclusio Jo. de ligñ.

¶ Jo. de ligñ. in declaratõe quã
facit suꝑ. c. omnis. de pe. et re.
ꝓbat ⁊ concludit ex dictis imme
diate ꝑ Guil. et Spe. ⁊ ex clem̃.
dudũ. fratres predicatores et mi
nores presentatos pro audientia
confessionum posse absoluere ab
omnibus casibus peccatorũ exce
ptis precise illis qui in iure reser
uantur episcopis: Sed a casibus
quos episcopi sibi reseruãt vl' de
consuetudine sue dyocesis vl' ex
suo beneplacito: vl' ꝑ constitutio
nes suas synodales vel prouinci
ales posse absoluere etiã si episco
pi dictos casus nõ ꝯcedãt. et pro
bat sic cle. dudũ. de sepul. statu
it ꝙ dicti fratres ñ possint absol
uere: nisi a casibus a quibus pñt
curati absoluere qui eis ꝑmittũ
tur a iure: nisi ipsi episcopi vel
lẽt aliquid plus conferre eis. Sꝫ
et Guil. dicit ꝙ nõ obstat ꝙ do
ctores ponãt multos casus episco
pis reseruatos: curati eñi pñt ab
soluere ab omnibus occultis que
nõ sunt in iure episcopis reserua
ta: et nõ sunt ipsis sacerdotibus
directe vel ꝑ aliquã ꝯsequentiã
iterdicta. licet ergo episcopi pos
sint reseruare certos casus qui de
iure cõpetũt inferioribus: nõ tñ
hoc pñt simpliciť: nisi in duobus
casib᷒ secundũ Guil. dupliciter.
scilicet directe. s. cum aliqui fu
erint legittime in crimie depre
hẽsi ꝙ merito fuerint tali ptãte
priuãdi. Secũdo indirecte. s. ꝑ
aliquã cõsequentiam vt cum ali
quis casus euenerit i quo ad vti
litatem cõmunẽ expediat ꝙ talẽ
casum retineat: et nõ aliter. 25.
q. 2. c. de eccīasti. ñ aũt expedit
vtilitati ꝯmuni reseruare tot ca
sus: sꝫ hoc ē ponere laqueos i via
salutis. Sed si aliquis pur velit
defẽdere plures casus posse epõs
rationabiliter reseruare quoad
sacerdotes parrochiales cuꝫ sint
de foro epõꝝ ⁊ eoꝝ cõstõnib᷒ sub
iecti: tñ hoc nõ pñt facere epi er
ga ꝑdictos fratres qui exẽpti sũt
nec eoꝝ ordinationibus subiecti
vt extra. de exces. prela. c. nimis
praua. Cũ ergo nõ possint dicti
fratres absoluere a casibus reser
uatis in iure epis: vt dicit in di
cta cle. dudũ. ergo pñt ab oibus
aliis absoluere: videlicet de cõsu
etudie reseruatis particularis lo
ci vl' synodali cõstitutõe: vnũ ne
gãdo aliud tacẽdo cõsentit. di.
25. c. qual'. nec pñt ꝑlati dictã
cõcessionẽ reuocare vel defalca
re: nec directe negãdo licentiaꝫ
audiẽdi. qr nihilominus habent
eã ꝑ cle. dudũ. nec indirecte ꝓhi
bẽdo parrochianos ne cõfitean
tur eis. extra. de priui. c. quãto.
nec ꝑ retẽtionẽ multoꝝ casuũ: qr
fieret in fraudẽ legis: qd' fieri ñ
debet. vt. c. cõstitutus. de cõces.
ꝑbẽ. Sileat ergo Jo. mo. hic qui
dicit ꝙ si epõs põt artare ptãtem
ordinariã curatoꝝ: põt ml'to ma
gis artare potestatem extraor
dinariã ipsorũ fratrũ: qr qd' ꝑ su

periorē ꝯcedit̄ ꝑ inferiorē arcari
vel reuocari nō pōt. vt di.21.c.
inferior. Ad ꝯstitutionē autem
cle. de priuil̄. religi. vbi di ꝙ a
casibus ordiariis reseruatis quē
q̄ꝙ absoluere nō presumāt Rn̄dē
dum ē ꝙ hoc intelligēdum ē de
casibꝰ in iure reseruatis: sicut in
tendit cle. dudū. nō aūt ꝑ cōsue
tudinē l' statuta alioꝝ prelatorū
q2 illa remouet papa i dicta cle.
dudū. a quibus pn̄t dicti fratres
absoluere: et ꝑ cōsequēs videtur
quicquid dicat̄ ꝑ modernos l' an
tiquos de talibus casibus ꝑ epōs
reseruatis totū reuocat̄ ꝑ cle. du
dum. specialiter q̄ꝙtum ad dictos
fratres. si eni ꝯstitutio posterior
licet nō faciat mētionē de priori
ipsā reuocare noscat̄. c. licet. de
cōsti. li. 6. multomagis reuocari
debēt dicta doctoꝝ si in cōtrari
um ꝑmulgētur. Hec Jo. de lign̄.
Sꝫ Fran. zaba. post Lan. dicit
ꝙ de casibus episcopalibus n̄ pōt
dari doctrina: cū dependeat ex
cōstitutionibus ipsoꝝ epōꝝ et do
ctrina. et q̄ꝙuis Lan. dicat ꝙ ha
bēs irregularitatē quā solus pa
pa tollere pōt n̄ pōt absolui a pec
cato an̄ dispēsatōnē: Frā. zaba.
dicit cōtrariū. s. ꝙ pōt absolui a
peccato remanente macula irre
gularitatis. ¶ Quia ergo nō est
clarū qui sunt casus episcopis re
seruati i iure cōi: ideo tutior via
ē in hmōi ꝙ fratres si pn̄t sciant
ab epō quos casus vult sibi reser
uare: et de illis nō se impedire.
oēs vero alios casus sibi faciant
cōcedere. Certū est aūt secundū
oēs ꝙ absolutio ab excoicatione
maiori reseruat̄ episcopis. ¶ Itē
dispēsatio vel cōmutatio votoꝝ
¶ Itē relaxatio quorūdā iuramē

torū. Dispensatio vero incertoꝝ
an ꝑtieat ad episcopū ul' ad aliū
habes supra i. 2. ꝑte sū. ti. de re
sti. c. 4. et ibi diffuse. Fran. za
ba. in cle. dudū. in glo. sup ver
bo ꝯcessa. dicit gl'. Jo. an. Lā.
Pau. Steph. et Zenze. tenere ꝙ
episcopus possit reseruare casus
de quibus curati poterāt an̄ hāc
cōstitutionē dudū absoluere: ita
ꝙ reseruatio preiudicet fratribꝰ
.i. ꝙ etiā nō poterūt tūc ab ipsis
reseruatis casibus absoluere: qḋ
est cōtra hoc qḋ hic dicit Jo. de
lign̄. ⁊ intelligit̄ ista reseruatio
casuū epāliū de actibꝰ exteriori
bus cū effectu ⁊ n̄ de interioribꝰ
videlꝫ si quis desiderauit ul' etiā
quesiuit aliuꝫ occidere: istud ho
micidiū cordis nō est de casibus
reseruatis episcopis. Dicit etiam
Pe. de pal. ꝙ incestus qui cōmit
titur a pueris qui nō habēt vsuꝫ
rōnis nō est de reseruatis episco
pis: q2 nec ꝑ hoc tollit̄ virgitas:
nec causatur affinitas.

Capitulū. 12. de sacerdote qui
absoluit aliquē a casu a quo n̄
pōt absoluere.

ET nota ꝙ si cōfessor quicun
qꝫ aliquē absoluerit de ali
quo peccato a quo nō pōt: siue q2
ē reseruatus episcopo: siue q2 nul
lam habet auctoritatem: quāuis
grauiter peccet: precipue quādo
absoluit sciēter vel ex ignorātia
iuris crassa: tn̄ ex hoc non incur
rit aliquā cēsurā l' excoicationē
siue sit clericus secularis: siue re
ligiosus talis absoluēs secūdum
Fran. zaba. et Zenze. sꝫ tenetur
illū quem sic absoluit auisare de
errore suo si cognoscit: uel potest
inuenire: ille tamen quoad deū
excusatur. dum hoc ignorat. Et

quod dictuz est ꝙ cōfessor debet illū auisare quē absoluit: cū non posset: intelligitur qñ fieri non potest sine scādalo notabili. vñ in cōsilio basilieñ. quidā multuz periti habita supˀ hoc collatione dixerūt ꝙ talis cōfessor petat auctoritatez a superiori supˀ hoc casu a quo non potuit absoluere: et tñ absoluit: qua habita vocet illum quē absoluerat cū nō posset: et pˀ aliquē modū coopertum interroget de aliquibus que sibi est confessus quasi volēs se melius informare: acsi plene nō intellexisset et si que alia criminalia postea ꝯmiserit: ⁊ sic ab omnibus iterū absoluat detunc alias auditis et prius. Uel si magnū scandalum ex hoc timeretur: sic ꝙ predictus modus seruari non posset: absoluat absentē si ab vltima ꝯfessione credit talē pˀseuerasse in gratia: aut vt aliis placuit: cū ex hoc timeret notabile scādalū euenire: cōmittat Christo sūmo sacerdoti: presertim qñ multitudo est sic neglecta: vel multū distat a loco vbi ē cōfessor. Sz si religiosus absolueret aliquez a b aliqua sententia excoicationis suspēsiōis vel interdicti in iure posita incideret in excoīcatōnē: a qua non posset absolui citra sedē apl'icaz cle. religiosi. de priuile. secus si absolueret a sententia hominis: quia tūc nō incurreret secunduz Pau. quāuis grauiter peccaret sed clerici seculares absoluendo a sentētiis iuris: quāuis ⁊ ipsi male faciant: non tamen aliquā incurrunt censuram.

Capitulū. 13. an in generali cōcessione ꝯtineat special'.

Nota etiā ꝙ vt dicit Jo. an. supˀ. c. tua nobis. in glo. extra. de of. vica. si episcopus dedit vicarium generalē et in mandato aliquid expressit de his que requirunt speciale mādatū secuta generali clausula: ⁊ omīa alia que pˀ nos possumus. etiā si mandatū exigāt speciale. secundū Host. satis videt ꝙ talis etiam possit specialia ad instar procuratoris. secus si aliquid de specialibꝰ nō fuisset ibi expressū. Hec Jo. an. Quod videt intelligendū ꝙtū ē de virtute verboꝝ et in foro ꝯtētioso: nam si in foro conscientie aliter cōstaret de intentione cōferētis auctoritatē ꝙ ille intēderit hoc etiam si nō expressissz aliquid in generali cōcessiōe intelligerentur specialia. 22 q. 5. c. humaue. ⁊ hocidē dici pōt de auctoritate data ab episcopo cōfessoribus. q. r. s. dicēdo Do vobis auctoritatē meā in cōfessione: non intelligitur ꝓpter hoc cōcessisse casus suos: nisi alicui cōstaret ꝙ pˀ hec verba generalia intendit casus suos cōcedere: sed dicendo istum et illū ⁊ omnes alios meos casus tūc intelligit totū dedisse

Capitulū. 14. quid possint penitentiarii curie Romane.

Et nota ꝙ penitentiarii minores i curia pñt absoluere vndecūqz veniētes ab oībus casibus peccatorū et sentētiis episcopis reseruatis. habēt eni auctoritatem quasi episcopalem in foro penitentie ⁊ maiorē quoad quosdam casus excōmunicationis et dispensationis. Summus vero penitentiarius adhuc habet maiorem in pluribꝰ aliis casibus ex

cōmunicationis et dispensatōis
Capitulū. 15. quid fiendū qñ
cōfessor nō intelligit penitentē.

Nota vero ꝙ cū cōfessor nō intelligit penitentē aut experiētia lingue: aut ex dormitione: aut ex distractione mentis ad alia applicate: vel ex alia cā secundū Jo. de neapo. in quodlibet. ꝙ cū sacramentalis ꝯfessio preexigat cōfessionē: cōfessio vero importat reuelationē que nō potest esse nisi reuelatione vni⁹ scilicet cōfitētis: et ꝑceptione alterius. s. cōfessoris. qꝛ si alterum istoꝝ deficit in prefato casu: credo de illo peccato nō esse factaꝫ cōfessionē: ⁊ ꝑ cōsequēs nō impēdi absolutōnem. Hec ille. Si tñ nō hoc facit et cōfessus quidē de hoc nō ꝑpēdit absolutꝰ ē coram deo: nec tenetur iterare quousqꝫ nesciat illuꝫ ñ ꝑcepisse seu intellexisse peccata sua: et hec vera sūt de peccatis grauibus. i. mortalibus: que sūt de necessitate cōfitenda: nō aūt de venialibꝰ: ad que quis nō tenet̄ de necessitate et vbi talia modica raro obaudiuntur ab eo qui alias cognoscit personam.

Explicit prima pars que fuit de potestate seu auctoritate ꝯfessoris.

Incipit secunda pars que erit de sciētia ipsius: que erit duplex primus. §. s. ꝙ duplex est clauis ordinis. s. scientie et potentie.

DIcto de potestate cōfessoꝝ: nūc vidēdū est de ipsoꝝ sciētia Est eni duplex clauis ordinis. s. clauis sciētie et clauis potentie. Unde Christꝰ Petro dixit. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Math. 16. c. ¶ Nota tamē ꝙ ista scientia nō dicitur clauis: sed ipsa potestas discernēdi atqꝫ examinandi: siue cognoscēdi in foro ꝯsciētie: et potestas determinandi seu diffiniendi causam. i. ligandi et soluendi dicitur clauis potentie. Ista vero duplex potestas ē vna in essentia: sed duplex in effectu Scientia autē acquisita non est clauis: sꝫ bene iuuat vti claui: et de his clauibus habes di. 20. per totum.

Quanta scientia requiratur in cōfessore. §. 2.

DE quantitate scientie cōfessoris quantā. s. oporteat euꝫ habere peritiam dicit Aug. de pe. di. 6. c. oportet vt spūalis iudex sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Dicit Tho. i. 4. di. 17. i expositione littere. Hec scientia et si nō sit maior: tamē debꝫ esse tanta ut sciat discernere inter peccatū et nō peccatum et peccatū mortale et veniale: et si i aliquo essꝫ dubitatō sciat dubitare vt possit ad peritiores recurrere. Alb. autem in. 4. dicit ꝙ non tenetur sacerdos scire discernere nisi in cōmuni que sint capitalia: et que mortalia cōmunia: et que venialia ex genere. Sed hec nesciens dicit idem puto ꝙ peccat mortaliter tali saudiendo: et eum instituens plus peccat q̄ ipse et eum ꝑmittens institutum ministrare si sua interest talē prohibere. Dicit etiam ꝙ in perplexis casibus sacerdos ecclesie parrochialis debet esse ita

discretus vt talia difficilia eē sci
at: nec esse ꝓcedendū in eis sine
superioris cōsilio vel auctoritate
Hec Alb. in. 4. Guil. duran. ī
summa sua dicit ꝙ quotiēs cōfes
sor se ingerit ad ꝯfessiōes audiē
das: totiēs se offert ad respondē
dum de quolibet: et interdū de
casibus inopinatis ⁊ al's inaudi
tis: et questionibus seu casib' val
de ꝑplexis. Debet ergo cōfessor
scire discernere inter peccata ⁊
differentias peccatorum. Unde
scire debꝫ ꝯfessor si ea que expri
mit sibi penitēs sint peccata l' ñ
puta an bella principū et ipsorū
exactiones sint licite: vel nō et
vtrū cōtractus qui fiūt sint lici
ti vel illiciti: et quādo ad restitu
tionē teneat̄: et quādo nō: et an
ei debeat ꝓhibere cōmunionē: l'
cōcedere: q2 si cōfessor iudicat li
citū quod ē illicitū tā cōfessor ꝙ̄
penitēs ī foueā cadūt: nisi forte
ꝓbabilis ignorantia eū excuset:
puta si habet aliquē doctorē au
ctenticū et famosū: cuius opinio
ni innititur. Unde si cōfessor ñ
est expertus in casib': ita ꝙ nec
nouit dubitare nec ꝑ se iudicare
cū periculo anime sue audit con
fessiones. Hec Guil. Pe. de pa
lu. in. 4. di. 19. ostēdit maiorem
sciētiā requiri in eo qui se inge
rit: ꝙ̄ in eo qui ponitur ad hoc a
superioribus suis ex obediētie iniū
ctione. ⁊ de primo pōt intelligi
dictū rigorosū Guil. duran. de
secūdo dictū Tho. et Alb. Dicit
eñi ipse Pe. Omnis sacerdos ha
bet clauem scientie et potentie:
id est auctoritatē discernēdi et
potentiam ligandi et soluendi:
licet multi nō habēt scientiā de
bitā et ecōuerso. Multi nō sacer
dotes habēt sciētiā qui ñ habēt
auctoritatē discernēdi: secundi
quidē sine peccato: sed primi cū
peccato suo si hoc ꝓcurarēt: al's
si inuiti ponerent̄ excusati sunt
si ꝓposuerunt impedimentū nec
sunt auditi. Munus eñi in iudi
cium iudicādi necessariū ē: ⁊ po
test ad hoc ꝯpelli. s. ad officiū iu
dicādi ⁊ ad prelationē carēs sci
entia: et tūc nō peccat: sicut ī re
ligionibus cōsuetū est fieri. Et
qđ dicit Gre. ꝙ si īdign' ē ñ dꝫ
obedire: et si dign' dꝫ obedire:
īntelligendū ē de illo qui hꝫ defe
ctus qui sūt iuris: videlꝫ irregl'a
ritas: ⁊ tūc nō debet obedire ni
si ab eo ꝑ dispēsationē ꝓmoueat̄
al's tenetur religiosus obedire.
alioquin quilibꝫ religiosus bon'
qui reputaret se īdignū refuge
ret: et sic soli indigni ꝓmoueren
tur et ponerentur. Qui vero nō
coactus: sꝫ sponte accipit potesta
tem: siue pelationis: siue audien
di ꝯfessiones nō habēs sufficien
tem scientiā peccat. Sed qui in
uitus et coactus nō accipit sed su
scipit nō peccat. Unde sine pec
cato ab inscio haberi et suscipi
potest: sed accipi nō potest pote
stas iudicandi sine peccato. hec
Pe. Si tamen in eo esset tanta
ignorantia ꝙ omnino impetus
esset: q2 nec etiam scit que Tho.
et Alb. dicūt supra. credo ꝙ nō
excusaretur a peccato: et etiā si
ex obedientia iniuncta poneret
se ad id ad quod omino ineptus
est cum periculo animarum.

An cōfessor teneatur scire an
peccata in ꝯfessione audita sint
mortalia vel venialia. §. 3.

UTrum autem cōfessor tene
atur scire de omnib' que si

M dicitur in cōfessione: an sint mortalia vel venialia? Henricus in quodlibet sic respōdēdo distinguit. Peccata sunt in duplici genere. Quedā sunt peccata quia prohibita: quia si non essent ꝓhibita nō essent peccata. vt sunt omnia que sunt de iure positiuo. vt audire missā die dominico: semel in anno cōfiteri ⁊ communicari et huiusmodi. Et talia tenetur quilibet cōfessor scire: nisi habeat causā rationabilem que eū excuset: vt si forte tēpore prohibitōnis erat in terra longinqua vl' in carcere. Alia sūt peccata: nō quia ab homine ꝓhibita: sed qꝛ de natura sui mala sunt: etiam si nō prohibeant. Et horū quedā sūt capitalia. vt sup̱bia luxuria ⁊c. Hec enim sūt quasi elementa et principia que de necessitate quēlibꝫ confessorē scire oportet. Quedā vero sunt peccata que sunt species peccatorum capitalium. vt illa que recipiunt hoꝝ predicatōnē. vt fornicatio et ebrietas et hmōi. Fornicatio vero luxuria quedam ē: et ebrietas quedam gula. ⁊ horum peccatoꝝ species quedā sunt que importent malū de substātia sui actus: eo ꝙ statim nominata habeant annexū malū: vt fornicatio: ⁊ de talibꝰ etiā ꝯfessor scire tenet vtꝝ sint mortalia l' nō: vt venialia. Quedā vero de substātia sui actus ñ hñt deformitatē sed ex libidine faciente: sicut cognoscere vxorē propriam nō est peccatum de se: tamē possꝫ quis vxorē cū tāta libidine cognoscere ꝙ esset pctm̄ mortale: vt si eā cognosceret si etiā nō esset vxor eius: ⁊ de talibus non oportet ꝙ cōfessor sciat vtrū sint mortalia vl' venialia: qꝛ nec ꝯfitentē frequenter scire oportet. Alia sunt peccata que sunt filie peccatorū capitaliū: vt illa peccata quorum fines terminātur ⁊ ordinātur ad fines capitaliū: sicut dolus et acquisitio rei iniuste: et de talibus peccatis freqūēter opiniones sūt cōtrarie inter doctores. et de talibus nō tenetur simplex curatꝰ nō ordinarius scire vtꝝ sint mortalia vel nō. Curatus autē ordiarius vt episcopus et archiepiscopus et ceteri alii sup̱iores prelati tenētur scire: qꝛ ipsi sunt purgatores: ⁊ tenentur alios purgari facere et illumiare: et ideo tenētur scire nouū ⁊ vetus testamentum. Hec ille. Caueat autem cōfessor ne sit preceps ad dandā sētentiam de mortali quādo non ē certꝰ ⁊ clarus: et vbi i aliqua materia varie sunt opiniones ꝙ̄plurium et sollenniū doctoꝝ: vtrūꝫ sit licitū vel illicitū: sicut de nō soluēdo decimas vbi nō est cōsuetudo: parati sunt tamē ad dandum si ecclesia peteret: qd' quidā dicūt eos esse in statu damnatōnis. vt Inno. Alii vero dicūt ꝙ nō. vt Tho. Io. an. Archidi. et de emptione iuriū mōtis Florētie: vel imprestitis Venetorū: qd' quidā dicunt esse vsurā: alii licitum dicūt: et multis huiusmodi. Cōsulat tamen sēp ꝙ tutius est a talibus abstinere. extra. de spō. c. iuuenis. nō tñ ꝯdemnet ꝯtrariū faciētes seu cōtrariā opinionē tenētes: nec ꝑpt hoc denegꝫ absolutōnē. Sed vt dicit Guil'. dicat ꝯfessor ꝙ illud faciēdo nō est tutū sed dubiū: et ideo bñ sibi ꝓuideat. Si autē diuo cōscia

ꝯfessoris dictaret illud esse mor
tale ⁊ ñ possʒ ꝯsciētiā deponere
quod tñ debʒ: ad cōsiliū sapiētū
recurrat: et nullo mō debet face
re cōtra conscientiā: qꝛ peccaret
mortaliter. 28. q. i. c. deinceps.
. §. ex his. iūcta glo. Sʒ cū illud
tale essʒ cōtra cōmunē opinionē
doctoꝝ ⁊ cōmunit̄ sic seruat̄ a sa
piētioꝛib᷒: ꝙuis aliquē doctorē
audiret ꝯtrariū tenere nō debʒ
illi de leui adherere. Quō vero
quis debeat deponere in hoc cō
scientiā erroneā vel scrupulosā
habes supra in prima parte. ti.
. 2. c. de conscientia.

Qn̄ iteranda est confessio iu
sex casibus. § . 4.

Scire etiā tenet̄ cōfessoꝛ qui
sūt illi casus in quib᷒ tenet̄
quis iterare confessionē: et sunt
quatuoꝛ secūdū Pe. de pal̄. duo
vero sūt ex parte cōfitētis.

¶ Primus secundū Tho. Ray.
Host. ⁊ omnes alios. s. qn̄ aduer
tēter tacet aliquod quod est moꝛ
tale: vel credit: vel ꝓbabilit̄ du
bitat esse mortale ex verecūdia
vel alia causa iniusta: tunc etiā
mortaliter peccat ꝯmittēdo ficti
onē in sacramēto et notabilē ir
reuerentiā: et iterare tenetur ta
lem cōfessionē. Si tñ talis confi
tetur eidē cui et prius: et ille ha
bet in memoria peccata eius suf
ficit dicere illud occultatū ⁊ illā
fictionē secundū Guil. duran.
Imo etiā si nō haberet in memo
riam. vt patet in fine. 4. casus.
Sʒ si dimitteret ex aliqua iusta
causa: puta qꝛ probabiliter dubi
tat eū sollicitantē ad malum de
quo cōfitetur: vel reuelatorē con
fessionis: vl̄ dicēdo id cū sit con
fessoꝛ manifestaret peccatū qd̄
audiuit: puta si iniuste absolute
cū non debeat: et in his casibus
nō habendo copiā nisi talis ꝯfes
soris cui cōfitēdo aliquid predic
toꝝ sequeretur: tūc satis videt̄
ꝙ sit excusatus. Dicit etiā predi
ctus duran. ꝙ si ex ignorantia
crassa ⁊ supina aliquid retinuit
mortale: quia noluit cogitare de
suis peccatis tenet̄ totū iterare.
secus si ex ignorātia ꝓbabili. qꝛ
tunc solum illud quod dimisit.

¶ Secūdus ē secundum Tho. et
Pe. quādo nō impleuit peniten
tiam seu satisfactionē iniunctā
ꝓ mortalibus ex ꝯtēptu uel ex ne
gligētia: et ē oblitus eius. si eni
eius recordaret̄ adhuc posset ꝑfi
cere: et tūc ꝑficiendo iterare nō
tenet̄: et precipue qn̄ nō est sibi
prefixus terminus quē nō possit
transgredi: quāuis sibi sit decla
ratū i quo ipsam debeat facere
vl̄ in alio tēpore ipsam supplere
eoipso aūt ꝙ facit sibi ꝓpositum
nō implēdi penitentiā sibi iniū
ctam ꝓ mortalibus ex negligen
tia vel ꝯtēptu peccat mortaliter
quia tenet̄ ad illā sub precepto.
Secus vero ē de penitētia iniū
cta ꝓ venialibus: ad quā nō tene
tur de necessitate secūdū Tho.
Idē si penitentiā iniūctam pro
mortalibus dimitteret ex impos
sibilitate: puta infirmitate ⁊ hᵘ᷒
Posset tamē penitētia iniuncta
ab vno cōfessore mutari ab alio
cui cōfiteretur: etiā sine audien
tia peccatorum illoꝝ pro quibus
erat imposita. secundum Pe. de
paln. de hoc infra vide.

¶ Tertius casus secundum Pe.
Tho. Ray. et Hostieñ. ē ex par
te confessoris. quādo videlicʒ no
tabiliter est ignorans sacerdos

ita q̄ nescit discernere īter mor tale et veniale de cōmunib⁹ pec catis: et precipue cū penitens ha bet casus intricatos et difficiles Cōcor. duran. ⁊ addit. ⁊ hoc ni si penitēs sit peritus: et instruat cōfessorē. Cū autē vadit ad eum quē scit idiotā et ignorantem te netur iterare. Hec durā. Quod videtur intelligendū qn̄ pōt ha bere aliū sufficientē. nā si aliuȝ habere nō pōt ⁊ multomagis qn̄ est in periculo mortis pōt ⁊ debȝ cōfiteri ei quē habet. Unde Au gust. dicit de pe. di. 6. Qui vult cōfiteri vt inueniat gratiam sa cerdotē querat scientē soluere et ligare. ¶ Quart⁹ casus ē ex par te cōfessoris. est autē in impotē tia absoluēdi. secūdū Pe. Tho. Ray. et Hosti. quod pōt esse du pliciter secundū Pe. de palu. et duran. Uel quia habet potesta tem artatam absoluēdi: q: scili cet ab aliquibus peccatis nō pōt absoluere supiore reseruante si bi illos: et tn̄ ab illis de facto ab soluit. Et cōfessus illi cū ei ꝯstat teneť iterū cōfiteri nō quidem omnia secūdū Pe. de paľ. sed il la tm̄ de quibus nō potuit absol uere. aut hoc ē quia nullā habu it potestatē: et hoc quia nō erat sacerdos: quāuis reputaretur. ľ quia non subditus: vel quia in trusus: aut q: excōmunicatus vľ suspensus ab officio huiusmodi: et absolutus a tali cū illi hoc cō stat tenetur iterū cōfiteri. q: re aliter non est absolutus: quāuis ignorātia facti excuset eū in cō spectu dei acsi essȝ absolutus dū nescit. secundū Tho. in quodli bet. Sȝ pe. de paľ. in. 4. di. 17. q. 6. sic distinguit et notabiliť

quia aut impedimentū quod ha bet absoluēs est iuris diuini vel humani. Si iuris diuini: videli cet quia nō fuit baptizatus talis vel nō ordinatus: et in hoc casu absolutus a tali tenetur iterū cō fiteri hoc scito: nec papa posset de cōtrario dispēsare. Si vero impedimentū est iuris humani: puta q: suspēsus ē vel excōmuni catus et huiusmodi: tūc impedi mentū aut ē notoriū aut occľtū: Si notoriū: puta quia manifeste vel publice verberauit clericuȝ ꝑpter quod ē excōicatus notorie aut manifeste intrusus. s. ꝑpter cōcessionē secularium positus ī ec clesia curata et nō ꝑ canonicam cōcessionē ꝑpter quod titulū nō habet: nec potestatem sup parro chianos illius eccľie: ⁊ talis ꝯfes sus⁹ isti teneť iterū confiteri hoc scito. Si vero impedimentum ē occultū: tūc aut cōfitēs scit illud impedimentū aut nescit. Si scit cōfitēdo illi teneť iterū cōfiteri et peccat mortaliť communican do illis in diuinis. Sȝ si nescit impedimentū quod etiā aliis oc cultū est: et hoc ignorātia facti: puta pcusserat clericuȝ nullo vi dēte: tūc nō teneť iterare. argu mentū ad hoc de scientia serui qui liber putabatur publice que rata est. Sȝ si hoc nesciret igno rantia iuris. puta quia scit illū pcussisse clericū. sed credit nihi lominus ipsum posse audire con fessiones: nō excusatur ꝑpter hoc quin teneať iterare ꝯfessionem secundū Pe. de paľ.

¶ Quintus casus in quo quis te netur iterare ꝯfessionē secundū Pe. de paľ. vbi supra. ē impedi mentū ex parte cōfitentis scitū:

vel oblitũ vel ignoratũ ꝓbabili
ter. puta quia erat excoicat᷒ ma
iori vł minori excoicatione: licꝫ
nesciret: et cũ postea sciuit tene
tur iterũ cõfiteri absolutus: qꝛ li
gatus excoicatiõe absolui nõ po
tuit a peccatis: et ꝓbabilis igno
rãtia preseruat a culpa ⁊ a pena
irregularitatis: sed nõ facit eũ
nõ eẽ excoicatũ: ꝓpt̃ quod si tũc
eligeret̃ vt sibi bñficiũ ꝯferret̃
ignorantia nõ faceret ꝙ sibi ali
quod ius acquireret̃. c. apostoli
ce. extra. de cle. ex. mi. Est autẽ
minus capax sacramẽtoꝝ a quo
rũ participatione directe exclu
ditur q̃ quoꝝcũqꝫ alioꝝ: ⁊ ideo
absolutio nulla. Et dicit idẽ Pe
trus ꝙ in hoc casu etiã in aliis ĩ
quibus tenet̃ quis iterare cõfessi
onẽ si ꝯfiteretur eidẽ: nõ oporte
ret iterare peccata explicite: sed
solũ implicite dicẽdo. peccaui ĩ
illis que alias vobis dixi: sicut si
nulla fuisset absolutio de facto.
Dilata enĩ absolutõ ꝑ multos di
es fieri põt: etiã si ipse oblit᷒ fue
rit dũ tñ penitẽtia ei prius inno
tuerit: qꝛ si nõ taxasset peniten
tiam: tũc oporteret ad memoriã
reducere: vt moderaret̃ iuste: ꝓ
pter qđ remittẽs ad epm̃ si non
absoluat debet penitentiã innо
tescere quã post reditũ absoluẽs
iniũgit dicens. facias quod tibi
dixi: qꝛ ligari nõ debuit anteq̃
absolueret. ita et in ꝓposito. hec
Pe. Guil. etiã dicit ꝙ peniten
tia nõ requirit tantã ꝯtinuitatẽ
agẽdoꝝ et dicẽdoꝝ sicut alia sa
cramẽta: sed in vna die põt fie
ri pars cõfessionis et in alia die
altera: uel in vna die cõfessio au
diri et in alia impẽdi absolutio
et iniũgi penitẽtia peccatoꝝ.

¶ Sextus casus ẽ quãdo quis fa
cit cõfessionẽ in mortali seu sine
ꝓposito abstinẽdi. sed quia iste
casus habet varias opiniones et
satis difficiles: sic declarabit̃ ĩ
sequenti. §.

An valeat cõfessio ab incõtri
to facta: vt eã iterare nõ oporte
at. §. 5.

Una ex ꝯditionibus ꝯfessiõis
est ꝙ sit lachrymabilis. i.
cũ dolore seu displicẽtia de pec
catis: saltẽ secundũ rationẽ. vñ
querũt doctores vtrũ ꝯfessio fac
ta a nõ ꝯtrito qꝛ. s. nõ dolet suffi
cienter vel nõ ꝓponit abstinere
a peccatis valeat: ita ꝙ nõ tene
atur eã iterare? Et rñdet Pe.
de pal. in. 4. di. 17. ꝙ ad argu.
hoc ẽ triplex modus dicẽdi. Pri
mus ẽ ꝙ nõ valet ad remissionẽ
culpe: nec pene nec tũc nec rece
dẽte fictione: vñ et tũc tenetur
iterare. ⁊ hec opio Gof. in quod
libet. Ray. et Hosti. in sũma:
Bonauen. in. 7. Durã. Rob. Ol
chot. Uincẽ. ĩ speculo hystoriali
¶ Secũdus modus dicendi ẽ ꝙ
talis cõfessio valeat ad remissio
nẽ culpe qñ impenitẽs ꝯfitet̃ et
absoluit: licet tũc nõ recipiat fru
ctũ ꝯfessionis: tñ recedẽte fictio
ne recipiet: sicut dicit̃ de baptis
mo. et ratio huius forte est. qꝛ si
cut in baptismo imprimit̃ carac
ter ad quem recedẽte fictione se
quit̃ gratia: ita in penitẽtia im
primitur quidã ornatus ad queꝫ
recedẽte fictione sequit̃ gratia.
Et hec ẽ opinio Tho. Pe. Ric. ĩ
. 4. Jo. et Ber. in glo. videt̃ etiã
esse de pe. di. i. c. mensurã. §. se
quẽti. Dicit enĩ ꝙ nõ ẽ ne esse ꝙ
peccata que semel sacerdoti ꝯfes
si sumus eadẽ denuo ꝯfiteamur

¶ Est et tertius modus dicendi
ꝯcordans ambas. Aut eni talis
nō habet intētionē ꝯfitēdi sacra
mētaliter et absoluēdi: sed deri
dēdi. aut habet intētionē cōfitē
di. In primo casu nō liberatur a
precepto diuino de ꝯfessione. qꝛ
sine intētione nō potest suscipi
essentia sacramēti quod ꝯsistit i
visu. vñ tenet iterū cōfiteri. Si
aūt intēdit tūc distinguendum
est. qꝛ intēdēs implere preceptū
et suscipe verū sacrmentū quod
ecclesia ꝯfert. aut nullā habꝫ pe
nitentiā de suo peccato. aut ali
quam. si nullā tūc penitentie sa
cramentū non suscipit. qꝛ pote
stas huiusmodi sacramēti essēti
alis que ꝯsistit in actu suscipien
tis ē actus interioꝛ vñ sine eo nō
est. sicut nō esset matrimonium
si quis intēderet verū sacrmētū
suscipe: nō tamē ꝯsentire nisi in
carnalē copulā et ad tēpus. Sed
si aliquā habꝫ penitentiā de pec
catis suis tunc iterū distinguen
dū est. quia aut talē habet peni
tentiam ꝙ sufficit cū sacramēto
puta attritus accedit ad cōfessio
nē exquo fit ibi ꝯtrit⁹ vi clauiū
vñ fugat fictio: et sic ñ habꝫ du
bium. qꝛ et sacramentū suscipit
et effectū eius. s. remissionē pec
catoꝝ vñ nō tenet iterare . et si
militer imo foꝛtius si accedit cō
tritus. Si vero habꝫ talē penitē
tiam ꝙ nō sufficiat cū sacramēto
ad gratiā: qꝛ nec etiam attritus
accedit tūc ē vera opinio Tho.
scilicet ꝙ recedēte fictione tunc
incipit valere ꝯfessio et nō tene
tur ꝯfiteri nisi fictiōeꝫ suā. puta
si habuit quēdam dolorē imper
fectū: sed nō sufficienter discus
sisset ꝯscientiā suā. putabat aūt
discussisse quantū sufficiebat. vel
si dolebat de peccato preterito
nō ꝓponēs cauere in futuro aut
econuerso. vel doloꝛ nō erat ma
ximus sicut debebat. ipse tñ se
cundū ꝯscientiā suam nō erat fi
ctus. licꝫ secundū veritatē esset.
⁊ sic nihil celauit quod crederet
moꝛtale et ꝑ ꝯsequēs secundū su
um iudiciū cōcurrebant oia que
erāt necessaria. postea aūt certi
ficatus de erroꝛe sue ꝯsciētie pe
nitet de illo defectu. Potest igi
tur opinio Thome m̄ltis modis
saluari. Uno modo loquēdo de
eo qui fictus ē priuatiue nō posi
tiue. qꝛ. s. habet doloꝛē: sꝫ ita im
ꝑfectū ꝙ nec cuꝫ sacramēto actu
suscepto sufficit ad ꝯtritionē: ni
hilominus tñ hāc imꝑfectionem
que ē fictō nō ꝯfitetur. qꝛ credit
esse sufficiēter dispositus: et sic
nō sciēteꝛ celat peccatū quod fu
it in hoc qꝛ. s. nō examinauit cō
scientiā suā sicut debuit: ⁊ sic ꝙ
erat erroꝛ iuris diuini: nō tollit
fictionē respectu vltimi effectus
sacramēti: qꝛ improbabilis vñ ñ
excusat: sꝫ tñ eoipso quo erroꝛ tol
lit fictionē que excludit essentiā
sacramēti: vñ verū sacramentū
fuit: tali ergo qui verū sacramē
tum suscipit oꝛnatus imprimit.
sed gratia nō datur sꝫ postea qñ
redit ad coꝛ: et recolit se non bñ
fecisse debitū suum ex negligen
tia sua oblitū tūc incipit valere
cōfessio et nō tenetur cōfiteri il
la que pri⁹ ꝯfessus fuit sicut fict⁹
quia nō fuit diuidiata ex inten
tione sed solū illā fictionē tenet
iterum cōfiteri Si autē fuisset fi
ctio positiue. quia. s. non dolet ⁊
sciēter celat fuissꝫ ꝯfessio nulla

vel si ꝯfessus fuisset nō debuisset sibi dari absolutio: sȝ si data ei fuit: dubiū est vtrū ornatus sit impressus. quo casu Tho. nō pōt intelligi. ¶ Secundo modo pōt intelligi opinio Tho. qñ est positiua fictio quantum ad hoc ꝙ nō dolet nec proponit abstinere tūc ista fictio nō occurrit sibi vt ꝯfitēda nec actu cogitauit ꝙ teneatur eā cōfiteri: tūc eni sicut de peccato quod occurrit cuidaȝ sed nō credit ꝙ sit peccatū: aut ꝙ sit mortale ⁊ de necessitate cōfitendū: ꝑinde ē acsi fuisset oblitus ꝑ negligentiā nec fecissȝ debitū suū de scrutādo cōscientiā suā. in quo casu solū illud cōfitēdum ē: ⁊ est verū sacramentum licet sit hic ignorātia iuris diuini: et hoc modo pōt sustineri dictum Tho. 22. di. ar. i. in solutione vlti. ar. vbi dicit ꝙ ignorantia iuris diuini non excusat a fictione: et sic talē vocat fictum. ¶ Tertio modo pōt sustineri opinio Tho. loquēdo de illo qui ꝯfitetur eidē cui prius: ⁊ tūc ñ oportet iterare confessionē primā factam ei: licȝ fictā: etiā si ipse sacerdos nō recoleret peccata pri⁹ sibi dicta: q2 nec qñ ꝯfessio integra est oportet ꝙ recolat actu a principio vsqȝ ad finē: et maxie q2 hoc sufficit. s. absoluere ab oībus et iniūgere penitentiā ꝓ fictione et ꝓ aliis ꝙ tūc faciat penitentiā sibi iniunctā. Itē paulo post dicit idē ipse Pe. de pal'. ꝙ cū cōfitens exprimit fictionem suā: puta dicit se nō posse: vl' nō velle ꝓponere abstinere in futurum quē absoluit sacerdos: ꝙuis nullo mō debeat absoluere: al's peccaret abutens claui: nec ualeret sibi tūc illa absolutio: tamē exquo intēdit absoluere et sacramētū verū ꝯferre: videt ꝙ cōferat. et si tūc nō habet effectū ꝓpter illius indispositionē: habebit tamē postea qñ cōteret vl' ex expectatione vel dispositione ornatu manēte. Et si dicatur ꝙ ꝙuis sit ibi forma: nō tñ materia ergo nō ē sacramentū. materia eni est peccator cōtritus. Dicendum ꝙ qñ sibi sua fictō nō occurrit vt cōfitēda: tūc nō est ꝯfessio dimidiata. et quādo suā dicit fictionē cū aliis peccatis ē ꝯfessio integra. Et sic materia ꝑfecta: cui materie pōt imprimi forma quod si fiat verū sacramētū erit quāuis fieri nō debeat: sicut sacerdos habens hostiā suꝑ altare pollutū ñ deberet quidē celebrare: si tñ celebrando verba ꝓferret: eucharistia vera essȝ. Peccator eni est materia: sed immūda nisi sit saltē attritus: vl' cōfessio sine attritione ē materia immūda. Hec Pe. de pal'.

De attrittione et cōtritione.

Et q2 dictū ē de cōtritione et attritione quō penitens super ipis debeat instrui a cōfessore: ideo de ea clari⁹ dicendū ē. ¶ Nota ergo secūdū Tho. i. 4. di. 17. ꝙ differētia ē inter attritionē et contritionem. nā attritio importat quandā displicētiā de peccatis: sed imperfectā. vñ attritū .i. aliquo modo tritum. sed contritio importat perfectā displicentiā de peccatis. Unde ꝯtritū. i. simul totū tritum et in puluerē redactū. ¶ Est aūt ꝯtritio secundū Pe. in. 4. di. 17. dolor volūtarie assūptus ꝓ peccatis

cū ꝓposito ꝯfitēdi ⁊ satisfaciēdi
volūtarie: ⁊ secūdū eūdē ea. di.
oꝫ ꝙ ꝯtritio hēat de oi pctō mor
tali: ⁊ rō ē: qꝛ i oi pctō mortali ē
actual' auersio volūtatis a deo.
Et qꝛ cōtraria ꝯtrariis curāt: iō
oꝫ ꝙ i oi remissiōe pctōꝝ sit actu
alis cōuersio ad deū tt auersio a
pctō: ⁊ hoc dicit ꝯtritō. De pctis
aūt oblitis sufficit cōtritio gene
ralis cū conatu ad recordādū et
volēdū. dolere etiā dꝫ de obliui
one pctōrū que cōtigit ex negli
gētia. Si aūt querat si specialis
ꝯtritio de quolꝫ pctō requirat' l'
sufficiat vna general' ꝓ omibus
Sic rūdet Tho. in. 4. di. 17. ꝙ
q̄ptū ad principiū ꝯtritiōis: s. cū
quis de pctis suis cogitās dolet:
et si nō dolore ꝯtritiōis: saltē do
lore attritiōis oꝫ ꝙ sit special' do
lor de pctis que quis hꝫ i meōria
sꝫ q̄ptū ad terminū qui ē dolor iā
grā informat' sufficit ꝙ sit vna
cōis ꝯtritio de oibus: tūc eni mo
tus ille agit virtute omiuꝫ dispo
sitionū precedentiū: et qꝛ nemo
scit vtrū hēat gratiā q̄ requirit'
ad ꝯtritōeꝫ: iō nemo pōt eē cert'
de sua ꝯtritōe: nec ꝑ ꝯsequēs de
remissiōe. Et dicit Ric. i. 4. di.
. 17. ꝙ si ꝯfitēs i pctō mortali est
attrit' de suo pctō vt ꝓbabiliter
possit presumere se eē dispositū:
si peccat absolutionē recipiēpo:
imo frequenter virtute clauiū ꝑ
suscepōeꝫ absolutiōis format' sua
attritio et fit ꝯtritio. ¶ Itē nota
ꝙ duplex ē ꝯtritiōis dolor scdm̄
Tho. et Pe. i. 4. di. 17. s. itellec
tual' qui ē q̄dā ꝑfecta detestatio
pcti secundū rationē: et dolor sē
sibilis: qui ē dolor excitatus i pte
sēsitiua cū altatiōe ⁊ afflictōe cor
poris. Prim' dolor requirit' de

necessitate ad remissionē pcti: ⁊ il
le etiaꝫ solus est sufficiēs: qꝛ sicut
pctm̄ mortale sufficiēter ꝯmittit'
ꝑ solū actū volūtatis ⁊ ꝑ ꝯplacen
tiā deliberatā rōis: ita sufficien
ter destrui pōt ꝑ detestatōnē vo
lūtatis ⁊ displicentiā rōis: ⁊ hoc
ē etiā in ptāte nr̄a presupposita
grā. Secūdus dolor. i. sēsibilis
etiā valꝫ ad remissionē pcti: sꝫ n̄
est necessarius: sꝫ de ꝑfectiōe cō
tritōnis: nec ē in ptāte nr̄a: etiā
presupposita grā. Itē dolor in
tellectual' n̄ pōt eē nimius: sicut
nec caritas a qua ꝓcedit pōt esse
nimia. sꝫ sēsibilis pōt eē nimius
et iō oꝫ ꝙ sumat' ꝓ mēsura debi
ta ad cōseruatōnē subiecti: sicut
ex ieiuniis ⁊ aliis corporis afflic
tionibus. Itē nota secūdū Tho.
in. 4. di. 17. ꝙ uera ꝯtritio sꝑ dꝫ
remanere i habitu. i. ꝙ sꝑ dꝫ ha
bere istā dispositonē ꝙ qn̄ recor
datur de pctis commissis habeat
displicentiā saltē secundū rōnē
Itē secundū Pe. i. 4. di. 17. do
lor maior intellectualis dꝫ eē de
maiori pctō habitualit' n̄ actuali
ter si ꝯsiderēt' pctā in cōi inq̄ptū
sūt offensa dei: sꝫ etiā in speciali
dolor dꝫ eē maior de maiori pec
cato: qꝛ maiorē rōneꝫ doloris hꝫ
maius peccatū. Dolor uero sēsibi
lis cōueniēs etiā est vt sit maior
de maiori: q̄uis nō fit de necita
te. Itē secūdū Tho. i quodlib.
et Inno. ꝯtrit' dꝫ magis dilige
re deū q̄ seipsū: cl'pa aūt ē ꝯtra
deū pena vero ē cōtra seipsū. iō
dꝫ ꝯtritus potius eligere oēm pe
nā sustinere q̄ deum offendere.
Descēdere aūt ad hāc penā l' ad
aliā nō tenet': imo faceret fatue
descēdendo ad ista particularia
vel aliū sup hoc sollicitando.

Sexdecim conditiones que re
quirũtur in omni bona ꝯfessiõe

P Onit aũt Tho. i. 4. di. 17.
ꝙ ꝯfessio bona dꝫ hẽre sex
deci ꝯditões que i his ꝯtinẽt uer
sib⁹. Sit simplex huilis ꝯfessio
pura fidel'. Atqꝫ frequens nuda
discreta libẽs vercũda. Integra
secreta lachrymabil' accelerata
Fortis ⁊ accusãs et sit parere pa
rata. Sit simplex. i. ñ recitet i
ꝯfessiõe nisi id qd' ꝑtiet ad decla
ratõeꝫ sui pcti: et etiã ꝙtitatẽ et
ñ alie histořie misceãt. Sit hu
mil'. vt se miserũ ac peccatorẽ co
gnoscat sine fictiõe. Pura. i. re
cta intẽtiõe. i. vt ñ reputet bon⁹
vl' laudet ab hoib⁹. Fidel'. i. ue
ra ⁊ sine vlla falsitate vt ñ dicat
q̃ ñ fecit: vl' etiã hẽat fidẽ de re
missione pctõꝝ suoꝝ si vere ipsũ
penitꝫ. Atqꝫ frequẽs. i. sepe cõ
fiteat: istud tñ ẽ de bñ eẽ ꝯfessio
nis et nõ de nccitate. Nuda. ut
. s. ñ inuoluat obscuritatẽ verbo
rũ: sꝫ dicat verba vt intelligat
peccatũ suũ cũ circũstãtiis saltẽ
necessariis. Discreta. ut maiora
cũ maiori põdere dicat: vl' ñ pl'a
simul: sꝫ distincte loquẽdo ⁊ dicẽ
do numerũ si fieri ul' scire põt: l'
etiã vt discreto ⁊ sufficiẽti ac pe
rito ꝯfessori ꝯfiteat pctã sua. Li
bens volũtaria nõ coacta timore
verboꝝ: vt pueri: l' timore pena
rũ tꝑaliũ ul' infernaliũ principa
lit. Verecũda. vt erubescat ⁊ ñ
se iactet l' mẽte gl'iet ꝓpt seculi
vanitatẽ aliquã: et ꝑcipue ibi cõ
fũdat rõe respectu diuine maie
statis offense. Integra. vt nihil
reticeat de his q̃ ꝯmisit: precipue
de mortalib⁹. Secreta. vt ñ pu
blice sed occulte dicat sacerdoti
pctã sua qui eũ possit absoluere.

Lachrymabil'. vt doleat de pec
catis cõmissis ⁊ detestet ea saltẽ
intellectu rõis. Accelerata ut ꝙ
citius põt cõmisso pctõ cõfiteat.
hoc tñ ẽ de bñ esse. Fortis. vt ni
hil dimittat ꝓ verecũdia ⁊ accu
sãs se et nõ alios: nec i ꝯfessione
se excuset ⁊ alios inculpet. Et sit
parere parata . i. adimplere pe
nitentiã sibi iniunctã: et facere
ea q̃ hꝫ necessario facere: vt alie
na restituere si hꝫ et hmõi.

Explicit secũda pars que ẽ de
sciẽtia q̃ requirit in cõfessore.

Incipit pars. 3. de boitate cõ
fessoris. Et primo qualit ꝯfessor
duo dꝫ habere. s. timorẽ dei ⁊ ze
lum aiarũ. §. i.

D E bonitate cõfessoris i se
et in exercitio tal' officii
Dicit August. de pe. di.
. 6. c. qui vult ꝯfiteri. Sacerdos
añ quẽ statuit ois lãguor i nullo
illoꝝ sit iudicãdus q̃ in alio iudi
care ẽ prõptus. Iudicãs eni aliũ
qui ẽ iudicãdus ꝯdẽnat seipsum
cognoscat igit se ⁊ purget in se
qd' videt alios sibi offerre. Caret
vt a se ꝓiiciat quicquid i alio dã
nosũ reꝑit. aiaduertat quidẽ qd'
di. Qui sine pctõ ẽ vestrũ ⁊c. iõ
eni liberauit peccatricem: qꝛ nõ
erat qui ꝓiiceret lapideꝫ. quõ la
pidaret qui se lapidandũ cogno
sceret. Nullus eni erat sine pctõ
in quo intelligit oẽs fuisse reos:
nã uenialia pctã sꝑ remittebant
ꝑ cerimonias. Si qd' ergo pecca
tũ in eis erat crimiale erat. De
teriores ergo i hoc sũt sacerdotes
se pri⁹ ñ edificãtes illis qui dñm
obseruabãt insidiis. Aug. Secũ
dũ eni Tho. et Alb. audiẽs ꝯfes
sionẽ cũ cõsciẽtia mortalis pecca
ti: mortalit peccat: tñ effectuꝫ sa

crassiti ꝯfert cū sacerdoti nō ē pci
sus l' suspēsus: ꝗtūcūqȝ al's mal'.
Un̄ Aug. i. q. i. c. dictū ē a dn̄o
Numeri ad Aaron. Uos ponite
nomē meū super filiis Israel: et
ego dn̄s bn̄dicā eos vt gratiam
traditā p ministeriū ordiati trāſ
fūdāt hoib': nec volūtas sacerdo
tis ꝓdesse l' obesse pōt: sȝ meritū
bn̄dictionē poscētis. Qd' aūt dī
ea. q. Remissionē peccatoꝝ non
dāt auari ⁊ similia intelligitur
secūdū gl'. l' simpl'r de pcisis: vl'
si intelligat' de toleratis: tales n̄
dāt ex merito vite. i. n̄ sūt digni

Duo q̄ dȝ hr̄e ꝯfessor. dare

DEbet aūt ꝯfessor pcipue ha
bere duo. s. timorē: vn̄ fiat
circūspectus: ⁊ zelū aiarū: vn̄ sit
sollicit' circa ea q̄ necessara sūt
¶ Quantū ad primū cōsiderare
debet ꝙ ipse est mare eneum in
templo domini: vbi lauabant sa
cedotes ⁊ leuite animalia offerē
da in sacrificiū: vn̄ ex immundi
ciis a quibus illa abluebantur ef
ficiebātur immūdi. Un̄ Greg.
in pastorali. dicit ꝙ fit plerūqȝ
vt animus pastoris audita tenta
tione ouis: et ipse tentet': et ideo
cū timore et tremore debet poni
et nō se ingerere et cū leuitate ⁊
cū risibus instare. Un̄ in figurā
Moises vt dī Exo. 38. fecit labi
um eneū de speculis mulierū: in
quo lauarētur sacerdotes sancta
sanctoꝝ ingressuri: et significat
scripturā vbi sūt exēpla sāctarū
aiarū ad quā debet sepe inspice
re ad videndū maculas suas ⁊ in
telligendū insidias diaboli. vn̄
subdit Greg. vbi supra. Hec ne
quaꝗ sūt timēda pastori: qr deo
pēsante cuncta subtiliter: tāto fa
cilius liberatur quis a sua quāto
misericordius tētatōne fatigat'.
¶ Quantum vero ad zelū dicit
Gre. ꝙ nullū sacrificiū ita deo
acceptum ē vt zelus animarū. et
fructū hr' ostendit Jaco. c. 5. vbi
post ꝓmulgationes cōfessiōis di
cit. Qui' conuerti fecerit peccato
rē ab errore vie sue saluabit ani
mam eius a morte: ⁊ caritas ope
rit ml'titudinē peccatoꝝ. Nō au
tem minus trahitur ad deū per
cōfessionē anime qn̄ diligenter
fit: ꝗ per predicatores moderno
tēpore: vt expientia docet. debȝ
ergo nō tardare qui vocatur ad
huiusmodi.

Quomodo' se habere debeat cō
fessor erga penitētē: et de quib'
interrogandū est in cōfessione:
et ibi versus decē preceptoꝝ de
calogi: et versus septē peccatorū
mortaliū: et ꝙ in cōfessione tria
debet obseruare interrogādo cō
fessor. §. 2.

DIcit Augu. de pe. di. 6. c.
. i. post mediuȝ. Diligēs in
quisitor subtil' inuestigator sapi
enter et quasi astute interroget
a peccatore qui forsitan ignorat
vel pre vercūdia vellet occl'tare
cognito autem crimine varieta
tes eius nō inuestigare dubitet
et locū et tēpus ⁊c. quibus cogni
tis adsit beniuolus paratus corri
gere et secum onus portare: dul
cedinem in afflictione: pietateȝ
in alterius crimine: discretionē
in varietate: adiuuet cōfitenteȝ
orando et alia pro eo bona faciē
do: semper iuuet leniendo: conso
lando spem promittendo: ⁊ cum
opus fuerit etiam increpādo: do
leat loquendo: instruat opando.
sit particeps laboris si vult esse
particeps gaudii: doceat perse

uerantiā. Hec Aug. Ex his verbis Aug. patz ꝙ n̄ sufficit audire ꝯfessionē eoꝝ q̄ sibi dicūt a peccatore et ipsū nō introgare: nisi essʒ ꝑsona i his bn̄ perita ⁊ sciētiata: q̄ sufficiēter scit dicere q̄ oʒ Sʒ cū ꝑsone coiter sint grosse i istis: etiā ille q̄ sūt in aliis negociis mūdi l' sciētiis acuti: nō ꝑmittendū ē dicere vnicuiqʒ id quod vult: ⁊ eo ordie quo vult: ⁊ de peccatis q̄ ꝑ se sufficiēter dicit nō ē iterū introgādus: ne molestes eū i quo n̄ oʒ. Sʒ si aliqd' n̄ bn̄ intellexisset: ꝑcipue de mortalib᷒: faciat sibi ſiteꝝ declarare vt meli᷒ intelligat. De his vero q̄ nō plene dixit: puta qꝛ nō dixit circūstātias nccārias l' numerū introga eū de his vt plene dicat ꝙtū ē necessariū. De illis vero pctis q̄ n̄ dixit nec scit ꝑ se dicere iter

Quo ordie debeāt roga eū. fieri introgatiōes et de quibus.

SEd Ray. ⁊ Host. i sūma dicunt ꝙ introgatōnes fieri debēt de septē viciis capitalib᷒ et eoꝝ specieb᷒ filiab᷒: de quib᷒ habes supra diffuse i. 2. parte ꝑ totū. n̄ tn̄ ē introgandū de oib᷒ sʒ plus ⁊ minus secūdū ꝯditionē ꝑsonarū. Sicut aūt qui ꝯfitet' n̄ hʒ necesse tenere magis vnū ordinez ꝙ aliū dicēdo pctā sua: ita nec ꝯfessor introgādo. tn̄ ad melius memorie ꝯmēdandū de quibus dʒ introgare et de quib᷒ iā introgauit ne amplius habeat triplicare ꝯgruū ē tenere aliquē ordinē: ⁊ si placet introgare de preceptis q̄ ꝯtinētur in istis versibus. Unū cole deum. nec iures vana ꝑ ipsū. Sabbata sāctifices habeas in honore parētes. Non occisor eris. fur mech᷒. testis iniquus. Nō vlli nuptā nec rē cupies alienā. Declarationē hoꝝ uersuū habes infra. Post uero interrogatōnē sup decē preceptis ꝯuenīēs erit interrogare sup septez viciis capitalib᷒ q̄ in hoc versu ꝯtinētur. Ut tibi sit vita sꝑ saligia vita. In ista dictione Saligia sūt septem littere ex quib᷒ incipiūt noīa septē capitaliū viciōꝝ. Per. S. uero intelligit' Suꝑbia: sub qua ꝯprehēditur vana gl'ia. Per. A. Auaricia. Per L fetida Luxuria. per. I. Inuidia Per. G. Gula. Per. I. Ira. Per A. Accidia. Sʒ añꝙ interrogʒ de pctis prius querat de excoīcatione maiori: et si inuenit eum aliqua sñia irretitū: si hʒ auctoritatez sup hoc absoluat prius. Si vero nō hʒ auctoritatē remittat ad eū qui pōt eū absoluere.

In interrogationibus fiēdis tria debent obseruari.

Ho. in. 4. dicit ꝙ confessor tria dʒ obseruare i introgationib᷒ fiēdis. ¶ Primū ē ꝙ n̄ interroget oēs de oibus: sʒ interrogentur ꝑsone de peccatis q̄ ꝯsueuerūt reꝑiri i hoibus illius cōditionis et status: vt stipēdiarii de rapinis et incēdiis: clerici de symonia et horis omissis. adolescētes de luxuriis ⁊ hmōi. Uñ a pricipio ꝯfessionis decēs ē introgare ꝯfitentē de cōditione sua: de exercitio et statu: an clericus an laicus: an solutus l' cōiugatus et hmōi: vt prudētius ide possit formare introgationes: et ꝙtū ē tēporis ꝙ fecerit vltimā ꝯfessionē et si fecit penitētiā sibi iniūctā: et vtꝝ i statu grē l' pcti mortal'. ¶ Secundū quod debet obseruare cōfessor ē vt interrogētur ipsi

a remotis de peccatis et in gene
re nõ in vltima specie et modo
peccati subito. vt si nesciebat ta
le peccatũ cõmittere: illud addi
scat: et sic inducat in tẽtatione
verbi gratia. si fatet se cõmisis
se viciũ luxurie: nõ statim inter
roget ꝯfessor si seipsum suis ma
nibus polluit et hmõi: sꝫ ita pau
latim interroget de modo et cir
cũstantiis talis peccati cõmissi ⁊
hmõi. ¶ Tertiũ ẽ ꝙ in peccatis
carnalibus nõ descendat nimis
ad particulares circunstantias
nõ necessarias: qꝛ hoc ẽ seipsum
in tentationẽ inducere: et ad in
uentionem peccatoꝝ docere eos
qui ignorant. ⁊ aliquãdo postea
talia referũtur in plateis in de
risum et scãdalũ sacerdotũ. ver
bi gratia. si vir fatetur polluisse
mulierẽ extra vas debitũ: nõ vl
terius querãt ꝯfessores i qua par
te corporis et quõ: qꝛ iã habet vl
timã specieꝫ peccati: alias vero
turpitudies quas miseri homies
inueniũt ipsimet si volũt expri
mant.

De circũstãtiis peccatoꝝ. ⁊ ibi
versus earuꝫ: et ꝙ circũstantie
sũt in quintuplici specie. §. 3.

Sed nota ꝙ cõfessor nõ solũ
debꝫ interrogare de morta
libus: sed etiã de circunstantiis
que aggrauãt vel alleuiant. vñ
Inno. in. c. omnis. de pe. et re.
dicit. Sit discretus sacerdos et
cautus: vt more periti medici su
perinfundat vinũ et oleũ vulne
ribus sauciati diligẽter iquirẽs
peccata ⁊ eoꝝ circũstãtias quibus
diligẽter et prudẽter inquisitis
intelligat quale ei debeat prebe
re cõsiliũ: et cuiusmodi remediũ
debeat adhibere diuersis vten
do experimẽtis ad sanãdũ egro
tũ. Hec ibi. Ad illud facit quod
dicit Aug. de circũstantiis pec
catoꝝ. de peni. di. 5. c. ꝯsideret
qualitatẽ crimis: i loco: in tpe: i
pseuerãtia: in psone varietate:
quali hoc fecerit intẽtione et ip
sius vicii multiplici executione.
Omnis ista varietas ꝯfitẽda ẽ:
et deflẽda. Dolendũ ẽ nõ solum
qꝛ peccauit: sꝫ qꝛ se virtute ⁊ grã
priuauit: doleat alioꝝ vitã i suã
fuisse corruptã. s. suo exẽplo ⁊ cõ
modũ quod dedissꝫ ꝓximo suo ex
emplo bono: doleat de tristicia
quã intulit bonis peccãdo: et de
leticia quã eis nõ adhibuit. hec
Aug. Que oia intellige secũdũ
ꝙ declarãtur hic. Illas autẽ cir
cũstantias que trahũt peccatum
in alterã speciẽ oportet necessa
rio ꝯfiteri secundũ Tho. Alb. et
alios doctores. Alias eni circun
stantias cõfiteri cũ sint peccata
venialia pfectionis ẽ virtutis: nõ
tñ est necessariũ. Pe. de pal. in
4. di. 16. dicit ꝙ numerus circũ
stantiarũ ꝯprehẽdit hoc versu.
Quis. quid. vbi. p quos. quibus.
. s. auxiliis. cur. quotiẽs. quõ. qñ
Ray. vero addit octauũ. s. quo
tiens. et vbi in versu di quibus
auxiliis ipse dicit p quos. Dicit
ergo quis, p uarietate psonarum
et status etatis sapiẽtie et ordis.
et sic fuit grauissimũ peccatum
Ade: qꝛ q̃to gradus altior: tãto
casus grauior ⁊ ingratitudo ma
ior. Quid. vtrũ malũ qꝛ ꝓhibitũ
vel ex genere suo: vtrũ mortale
uel ueniale: an occultũ ł manife
stũ. et q̃tũ ad hãc ꝯditionẽ gra
uius fuit peccatũ Chayn q̃ Ade
quantitas eni grauis homicidii
grauior ẽ peccato gule vel super

bie. Ubi. q2 i loco sacro grauius peccat. Per quos. q2 traxit alios ad peccandū qd' est ꝓpriū diaboli: vl' quos posuit mediatores ad malū ꝑpetrādū q2 peccatorū illorū est particeps: vl' cū quibus: ꝓ quibus et cōtra quos. Quotiēs. ñ solū quantū ad cōsuetudinē: sed etiā quantū ad numerū. qui numerus refert ad actionē: nō ad obiectū actionis. verbi gr̄a. Si hō in iniusta ꝯtrectatiōe accipiat saccū plenū mille florenis: est tm̄ vnū furtū. Si aūt tres florenos accipiat diuersis actibus successiue erūt tria furta: q2 in ipso actu ē peccatū sꝑ essentialit': et ideo nō pōt vnū in pluribus actibus. Cur. an ex infirmitate: vel ignorātia: l' elatione: l' quali intētōne fecerit: q2 mortalia peccata trahūt speciē a fine. ideo hoc diligēter ē explicandū. Qui eni furat' vt mechet' magis dicēdus ē mechus ꝙ̄ fur: et tn̄ vnū peccatū est in vno actu: s3 habēs pl'es deformitates. Quō. naturali vl' innaturali. q2 sꝑ ē grauius in eo dē genere. s. agēdo ꝙ̄ patiēdo. Qñ. si in sacro tꝑe: puta diebus festiuis l' alio tꝑe: ⁊ de ꝑseuerantia in peccato.

Circūstātie peccatoꝝ cōfitēde sūt in multiplici genere.

AD declaratōe3 hu'. s. qū circūstātie peccatoꝝ sūt ꝯfitēde: sic dicit Pe. de pal'. Circunstātie sūt in quintuplici genere ¶ Prime sūt que nō alleuiāt nec aggrauāt. sicut ille que nullam importāt cōuenientiā vel discōuenientiā ad ratōnem nec ex se nec ex suspicione. vt furari cum manu dextra vl' sinistra: ⁊ istas cōfiteri ē sup̄fluū. ¶ Secūde sūt que alleuiāt. s. que importāt ꝯuenientiā: vt facere malū ex bona intētione: l' ignorātia: ⁊ istas cōfiteri ē imꝑfectum: nisi timeret scandalū cōfessoꝝ. Tertie sunt que importāt discōuenientiā ex suspicione. vt furari multum: et istas cōfiteri ē perfectum. q2 aggrauāt peccatū: nisi immineret periculū sui vel cōfessoris vel alterius tertii. S3 quia nō mutāt speciē nec aggrauāt i infinitū nō est necessariū eas cōfiteri: secūdū Tho. S3 Pe. dicit ꝙ ꝙ̄uis ista sit cōis opinio: tutior tn̄ est alia. s. vt cōfiteat' eas. s. cū notabiliter aggrauāt. vt furari centū multo grauius ē ꝙ̄ furari vnū ¶ Quarte sunt que aggrauāt et mutant speciē: nō tamē in infinitū aggrauant. vt qñ vtrūq3 ē veniale vl' quādo primū est mortale secundū veniale: vt in speciebus gule quarū vna aduenit alteri: et sūt quinq3 veniales ⁊ quinq3 mortales: et istas cōfiteri non ē necessariū: nec illud ē ꝯtra hoc quod dicit Tho. et cōiter alii. s. ꝙ que mutāt speciem necessario sūt cōfitēde. q2 loquūtur de illis que sunt mortalia. Ratio autē quare nō est necessariū eas ꝯfiteri ē ista quare circūstātia ē ꝯfitēda necessario. nō q2 mutat speciem: vt patet in veniali sed quia mutat in infinitū. vt pat3 i mortali. Sed circūstantia nō mutās in infinitū nūꝙ̄ aggrauat i infinitum. q2 intēdit penas ⁊ non extēdit. Extēsio eni est infinita nec pōt crescere: s3 intēsio ē finita et semꝑ potest crescere. Nulla ergo talis que non mutat seu aggrauat i infinitū est necessario cōfitenda. ¶ Quinte mutāt

et quandoq3 aggrauāt in infini tū vt quando veniali actui puta ad gulā studiose preparatā ad ditur ebrietas vel notabilis anti cipatio hore in ieiunio sine cā. Sed vtrū in religioso sit morta le: quod alteri ē veniale? Dicen dū ꝙ nō. puta dicēdo verbū oci osum ⁊ hmōi: nisi speciem muta ret. qꝛ nubere vel velle nubere quod secularibus nō est peccatū si hoc fiat cā prolis generāde: ul' veniale ꝑpter voluptatē est mor tale religioso, presbitero clerico vl' or dinato: qꝛ sacrilegiū est. Nō aūt primi motus luxurie furti vel in uidie. qꝛ nullus vouet se nō habi turū primos motus qui nō sunt i nostra ptāte. hec Pe. de pal'.

Circūstantie que trahunt pec catū ad aliud genus sūt cōfitēde

Et nota secundum Tho. in quadā epl'a ꝙ ille circūstā tie dicuntur trahere peccatū ad aliud genus: ⁊ ideo de necessita te cōfitende que habent specialē repugnantiā ad aliquod precep toꝝ diuine legis. sicut furtū sim pliciter repugnat huic precepto nō furtū facies. Si vero fiat fur tum in loco sacro: circunstantie loci illā repugnantiā habet ad aliud preceptoꝝ quod ē de vene ratione sacramētoꝝ et addit̄ no ua species peccati et sic de aliis. Peccatū cōmissū die festo trahi tur ad circūstantiā aliam.

Dicit Nico. de lira sup exo. ꝙ peccatū mortale ꝯmissū die festo habz specialē repugnā tiam ad illud de sanctificatione festoꝝ et sabbati. qꝛ magis est opus seruile opus peccati ꝙ̄ opus manuale. Opus autē seruile ibi ꝓhibet̄ et sic ē mortale vltra pro priam deformitatē sue materie: ex hoc ꝙ cōmittitur in die festo habz aliā deformitatē quā opor tet confiteri: et in fine dicit idē tho. ꝙ illud qd' dī circūstātias nō trahētes peccatum ad aliud ge nus siue speciē nō esse de necessi tate cōfitēdas nō esse referendū ad numerū peccatoꝝ et eiusdem speciei: qꝛ numerū tenet̄ ꝯfiteri si pōt: qꝛ nō est vnū sed multa: ⁊ hoc nota diligenter.

Nota tertio ꝙ cum cogitatio cū deliberatōne rōis i actū peccati mortalis. s. deliberādi il lū actū agere: etiā absq3 ope sit peccatū mortale: ideo ad singu las pctōrū spēs post peccata opis interroga etiā de peccatis opis cogi tationū illius peccati tātū: et de peccatis oris: et cū opus alicuius peccati et deliberatio mētis ad illud agēdū absq3 ope sit eiusdē speciei specialissime: s3 differt se cūdū magis et minus l' pfectū ⁊ impfectū. qꝛ. s. mai' peccatū ē i ope ꝙ̄ in sola cogitatione: ideo etiā de circūstātiis hi' cogitati onū introgādum ē. puta si dicit penitēs se cōsensisse cogitationi bus luxuriosis. qꝛ hoc pōt esse ml' tiplicit̄ ⁊ i diuersis speciebꝰ: ideo introget̄ de qualitate ipsarū co gitationū: vt si deliberauit tale peccatū cōmittere cū soluta: qꝛ tūc fornicatio ē: si ipse solutus ē aut cū ꝯiugata: qꝛ tūc adulteium ē. aut cū cōsāguinea: qꝛ tūc ince stus ē: ⁊ sic de aliis luxurie speci ebus et aliorum viciorum.

Peccatū diuiditur in tria.

Pro aliquali declaratōe pre dictoꝝ nota ꝙ dicit Tho. .1.2.q.72. ꝙ peccatū diuidit̄ p

hec tria. s. peccatū cordis oris et opis. nō sicut p diuersas species ɔpletas sicut differūt specie bos leo et capra: sꝫ sicut per diuersos gradus peccati sicut domus i fūdamentum diuidit in parietē et tectū: sicut in species icōpletas. Cōsummatio igit peccati est in ope. vñ peccatū opis habet speciem cōpletā. Sꝫ prima inchoatio eius est quasi fundatio in corde.
¶ Secūdus gradus eius ē in ore secūdum q habeo: ꝓrūpit facile ad manifestandū ɔceptū cordis
¶ Tertius gradus ē in ɔsūmatione opis. Patet ergo q hec tria ptinēt ad vnā pfectā specieꝫ: cū ab eodē motiuo ꝓcedāt. Iracundus eni ex eo q appetit vindictā prius turbat in corde: secūdo in verba cōtumeliosa ꝓrūpit. tertio ꝓcedit ad facta iiuriosa. vt pcussionē et hmōi: et sic de aliis quibus libet. vt luxuria. Nec tñ sic intelligendū est peccata cordis eē spēs incōpletas quasi nō sint mortalia: imo qñ in eis ē consensus deliberatiuus ad act⁹ qui de se sūt peccata mortalia: tales cogitationes sūt peccata mortalia et si nō ita grauia sicut peccata opis ut dictū est. Et qñ sūt simul cogitatio cū locutiōe et ope: vnū est peccatū. vt patet de luxuria et aliis peccatis. qñ vero quodā tpe deliberat fornicari: et alio tēpore diuerso et distanti fornicat sunt duo peccata mortalia.

De delectatione vero morosa aliquid dicet suo loco.

Regule quinqꝫ cognoscendi peccatū mortale a veniali..

Ad cognoscendum vero qñ peccatū est mortale vl' veniale nota quinqꝫ regulas.

¶ Prima est quando amor vel affectio ad aliquā creaturā. s. se vl' aliā tm̄ crescit vel ē tā magnus q in eo ɔstituitur vltimus finis id ē q nec actu nec habitu ordinat illā creaturā: aut eius dilectionem: aut etiā seipsū secundū deū: et vellet cū tali creatura cōtētari et nō curaret deū offendere: aut eius precepta transgredi ꝓpter illā creaturā: ita q ibi est aliqualis contemptus dei: si non est formalis tñ interpretatiuus: et ē fruitio creature: quia prepo nitur creatura deo. vnde cū aliquis vellet hic cū creatura semp manere nō curando de eterna beatitudine: licꝫ nō sint semper rudes de hoc interrogādi vl' tenti tandē tamē talis amor creature semp est peccatum mortale.

Quando autē aliquis diligit aliquam creaturaꝫ plus q̄ deum: sꝫ propter hoc nollet deuꝫ offēdere aut eo carere nec eius amiciciā perdere: talis amor creature est peccatum mortale.

¶ Secūda regula satis ɔcordat cū precedēti. s. cum notabiliter ɔtra dilectionē proximi aliquid cōmittitur: tunc est mortale peccatum. quando vero nō: tunc est veniale. quādo vero aliquid fit ɔtra dilectionē dei: potest attendi penes hoc quod repugnat caritati vl' amicicie quā debemus ad deum habere sup omnia. qñ autē aliquid fit ɔtra dilectionē proximi potest attēdi penes ista precepta legis nature. s. quod tibi non vis fieri alteri ne facias et quod tibi rationabiliter et ex debito vis fieri alteri facias: et pōt etiā attēdi penes scādalum

actiuū quod ego infero proximo
meo ꝑ mala exēpla: sȝ inq̄ꝑtū im
portat aliquid cōtra dilectionē
vl' quantū sit illud scandalū ad
hoc ꝙ sit mortale non precise de
terminatū est: q: i modico face
re contra ꝓximū nō est mortale:
aut in paruo scandalizare: vnde
quilibet attēdat seipsū quod sibi
vellet fieri et quod sibi nollet fi
eri: ⁊ ꝑ quod factū ⁊ nō factū sol
uere inter se et ꝓximū suū amici
ciam quā simul habēt. ❡ Tertia
regula qñ omittūtur ꝯtra prece
ptum dei et eccl'ie: vel legis na
ture ul' superioris: que precepta sūt
de necessitate salutis. l' ꝯtra vo
tū publicū vel priuatū: vel cōtra
iuramentū licitū: et tūc ē morta
le peccatum: qñ vero citra: tunc
nō est mortale. ❡ Quarta regl'a
cū aliquid fit vel cōmittitur vel
omittitur cōtra cōscientiā vere
vl' false dictantē aliquod pecca
tū mortale vel cōtra cōscientiaȝ
formidantē ꝓbabiliter vel dubi
tatiue an aliqđ peccatū sit mor
tale: tūc semꝑ ē mortale si cōsciē
tia nō sit sufficiēter instructa.
❡ Quinta regula de actibus in
tus manētibus: qñ quidē habȝ so
lam cogitationē de aliquo quan
tūcunqȝ turpē vel malā absqȝ cō
placentia seu delectatione vl' cō
sensu: tunc nūq̄ꝑ est peccatū mor
tale: vl' nullū l' veniale. qñ vero
est cōsensus in actū qui esset pec
catū mortale: tūc semꝑ ē peccatū
mortale. q: deus voluntatē ꝓ fa
cto acceptat. qñ aūt cū cogitatio
ne aut complacētia ē delectatio
morosa in aliquo turpi: specialī ē
in libidinosis: tūc est mortale se
cundū dictum August. esto ꝙ ñ
sit cōsensus in actū, secundū hoc
dictū Augu. iudiciū est de pec
catis interioribus. ad quod etiā
facit distinctio supraposita de sē
sualitate et ratione et de pecca
tis preueniētibus et sequentibus
deliberationē. Applicādo igiē
septem vicia capitalia que nō sꝑ
sunt mortalia: sed sunt male ra
dices in homine ex quibus oriun
tur septem venialia.

Que debeat seruare et scire
confessor vtilia ⁊ necessaria
in ipso exercitio cōfessionis.
.§.4.

Ultra excommunicationem
iuris cōmunis sciat cōfessor
si penitēs incidissȝ in sententiaȝ
cōstitutionis synodalis: ideo de
bet inuestigare de cōstitutioni
bus illius dyocesis si quas habe
ret: vel etiam ꝓuincie vel legati
onis: vt melius possit penitētibꝰ
prouidere. Diligēter querat de
numero peccati quotiēs incidit
in id vl' in illud: quia homīes se
pe transeunt illud leuiter: et de
circunstantiis necessariis et de
peccato quod alteri iam rite cō
fessus est nō queras cū non tene
atur nisi in casu in quo tenetur
confessionē iterare. de quo ple
ne supra in titulo precedēti: et ñ
solū de peccatis oꝑe perpetratis
sed etiam de peccatis cordis: et
de numero eoꝝ que persone par
uipendunt interrogandum est.
Et quia secūdū Tho. i. 2. pecca
tum cogitatōnis et operis in ea
dem materia sunt vnius et eius
dem speciei: sed differunt secun
dum magis ⁊ minus. quia. s. pec
catum operis ē grauius peccato
cordis. Ideo etiā interrogandū
est de specie ⁊ circūstātiis neces

ſariis pctõꝝ cordis. verbi grã.
Si dicit ſe in mēte ſolū delibe
raſſe mulierē cognoſcere: inter
rogandū eſt vtrū ſolutā vl' nup
tam: virginē vel aliā et qua die
et hoc qꝛ ipſi faciūt illud pecca
tū eſſe diuerſe ſpeciei. Et ſi mu
lier: facias eā ex trāſuerſo ſtare
nec faciē eius aſpicias: qꝛ facies
earū ventus ē vrens: ait ꝓpheta
Sed nec virū decet frequenter
aſpicere i facie: ne eū erubeſce
re facias vltra ꝙ oportet: viroſ
qꝫ graues et ſapiētes dulcius et
vrbaniuſ reprehendere: ruſticos
groſſoſ ac idiotas durius: ne pec
cata ſua paruipendant ex leuita
te ſermōis. Stimulatos vero ex
dolore ⁊ deſꝑatōe ꝙtūcūqꝫ pecca
ta ꝯmiſſa ſint grauia cōfortare
et animare expedit idncēdo exē
pla Dauid. Magdalene. Petri:
Pauli. Latrōis ⁊ hiꝰ induratos
et ſe excuſantes aggrauare pec
cata eoꝝ oſtēdēdo eoꝝ pericula:
exemplo Ade. Saulis. Jude et
hmōi qui ſeipſos deſperauerūt.
Nota ſecundū. m. Uber. li. de
off. ordi. ꝙ illoꝝ cōfeſſiones pri
us ſūt audiēde ⁊ libētius qui ma
gis indigere putāt: l' qꝛ raro ve
nire ſolent: vel qꝛ ſūt extranei:
vl' qꝛ ſūt i maiori ſtatu: l' de quo
rū ꝯfeſſione ſꝑat vtilitas futura
Quō ſe habere debeat ꝯfeſſor
audiendo mulieres.
IDem dicit de audientibuſ
mulieres caueant ne niſi
in publico audiāt: et niſi ab ali
quo videātur nec multū immorē
tur: niſi quantū neceſſitas cōfeſ
ſionis requirit: et eis que nimis
frequēter ꝯfiteri volūt aſſignēt
certū tempus extra quod ipſas n̄
audiēt nec aliis colloquiis ſe eis
exponāt: et ſemꝑ duris verbis ⁊
rigidis vtātur circa illas potiuſ
ꝙ mollibus. Hec ille. Et hoc con
tra illos qui quotidie audiūt mu
lierculas et faciūt eis lōgas pre
dicationes: vn̄ amittūt multū tē
poris: et ſcandalū ſequitur cōmu
niter in ipſis et in populis.
Qual' ⁊ ꝙta debeat iniūgi ſatiſ
factio ſeu pn̄ia a ꝯfeſſore penitē
tibus ⁊ qualiter ſe habere debe
at penitētias iniungendo
NOta ꝙ pro quolibꝫ peccato
mortali erat regulariter ſe
ptēnis pn̄ia iniūgēda ſeu iponē
da. ut habet'. 22. q. i. c. predican
dū. i gl'. et. 33. q. 2. c. hocipſū. et
. §. ſequēti. qd' ſeruabat' ātiquitꝰ
et iſta ſeptēnis pn̄ia magis l' mi
nus aſpera ſecundū varietatem
criminū maioꝝ vel minoꝝ ⁊ cir
cunſtātiarū et ꝯpunctionis erat
qꝛ vt dicit Hiero. Apud deū nō
tm̄ valet tēporis menſura ꝙ do
loris: nec tātū abſtinētia ciborū
ꝙ mortificatio criminuꝫ. de pe.
di. i. c. menſura. Sꝫ hodie peni
tentie omnes ſunt arbitrio ꝯfeſ
ſoris taxande ꝯſideratis circun
ſtantiis criminū et perſonarum
et huiuſmodi. extra de pe. et re.
c. deus qui. Dicit etiam leo papa
. 26. q. 7. c. tpa plenitudinis tue
moderātis arbitrio ſunt cōſtituē
da ꝓut cōuerſoꝝ animos ꝑſpexe
ris eſſe deuotos. Ray. Guil'. et
Spe. in ſuo reꝑtorio hec tenent
et generalis cōſuetudo ſic ſe ha
bet: nec eſt cōtra hec quod dicit
Greg. de pe. di. 5. c. falſaſ peni
tentias dicimus que nō ſecundū
auctoritatē ſanctoꝝ patrū ꝓ qua
litate criminū ponunt'. Hoc enī
intellige ſecundū Ray. cū ſine
neceſſitate rationabili dimitte

rentur penitentie antiquitus ta
xate. Nā ultra illā cōmunē peni
tētiā septennē ꝑ quolibet morta
li peccato i genere ponūtur alie
penitētie maiores vel minores ꝑ
certis peccatis: prout habetur in
diuersis capitulis decretalium:
et decretoꝝ: que q꜡ cōmunit nō
dantur hic nō pono que plenius
habētur in summa confessorum
.li.3.ti.34.q.125. ti. de peni. et
re. vbi ponūtur casus.46. de hu
iusmodi. Est autē satis rationa
bilis causa nō dandi hmōi peni
tentias indispositio penitentiū:
e etiā aliquādo nō sufficeret tē
pus vite. Nam vt Ray. ⁊ Host.
dicūt: debꝫ ꝯfessor talē dare pe
nitentiam quā verisimiliter cre
dat illū implere: ne ipsam viotā
do detius sibi cōtigat ꝙ si mag
na peccata cōmisit et dicit se pe
nitere: sed nō posse aliquā durā
penitentiā facere: animet eū ad
hoc ꝯfessor ei ostendendo graui
tatem peccatoꝝ: et ꝑ cōsequēs pe
nitentiā penarū sibi ꝓpt hoc de
bitarum: et sic tandē iniūgat ei
penitentiā quā libēter suscipiat
et si sacerdos nō pōt gaudere de
oimoda purgatione eius: saltem
gaudeat ꝙ liberatū a gehenna
transmittit ad purgatoriū. Ita
q꜡ vt dicit Hosti. cōfessor nullo
modo debet ꝑmittere peccatorē
desperatū a se recedere. ar. 26.
.q.6.c. presbyter: sed potius im
ponat ei vnū pater noster vł ali
ud leue. et alia bona que fecerit
vł mala que tolerauerit sint ei i
penitentiam. Cōcordat Tho. in
hoc. Hoc tñ sane intellige: vide
licet si ipsum alias penitet: et
dicit se paratuꝫ facere quod de
bet: sed hoc onus penitētie suffi
cere nō posse tūc ꝓpter hoc ꝙ̃tū
cūqꝫ deliquerit: nō debet dimit
ti sine absolutōne ne se despet.
Sed si dicit se nō posse dimitte
re odium: vł caste viuere: vł ali
enū nō velle restituere: vel artē
dimittere quā sine mortali pec
cato exercere nō pōt: ł aliud hu᷒
cū possit nullo modo debet absol
ui secūdū Tho. Pe. de pal. Al.
q꜡ vt dicit Greg. 11. q.3.c. Tūc
vera ē absolutio sacerdotis: cum
interim sequit᷑ arbitriū iudicis.
2.q.1.c. deus omnipotēs. qui nū
ꝙ̃ absoluit. de peni. di.1. ca. ne
minem. Sacerdos autē nullam
debꝫ ꝯmittere falsitatē in sacra
mentis veritatis. vnde et de pe.
di.5.c. fratres nr̃os āmonemus
vt falsis penitentiis animas lai
corū decipi nō patiantur. falsas
penitentias dicit cū sic agit᷑ de
vno vt nō recedat ab altero. Ue
rū si tale peccatū pur vult cōfite
ri: debet audiri eius cōfessio. vt
dicitur. extra de pe. et remissi.
.c. ꝙ quidā. et sibi aliquid debꝫ
iniūgi ñ tñ absoluēdo eū: ſꝫ ei de
clarādo ꝙ ꝓpt hoc nō ē absolut᷒
ſꝫ tñ satisfaciat precepto eccłie
annualis ꝯfessiōis fiēde ⁊ horte
tur eū ꝙ faciat oē bonū qd' pōt:
vt de᷒ cor ei᷒ illustret ad pñiaꝫ
vt di de pe. di.5.c. falsas. et sic
nō ē dimittēdus sine ꝯfessiōe ne
despet. qđ si instet ꝑ absolutōne
ostēdēdo scādalū ⁊ despationem
si ñ absoluat᷑: nullo mō dꝫ ei assē
tire: licꝫ tñ ei declarare ꝙ fieri
non pōt: nec iuuaret eū. Et si ꝑ
manet in scandalū nō est curan
dum: q꜡ est scandalū phariseoꝝ
.2.q.3.c. inter verba.

Qualit᷑ se habere debet cōfes
sor pñias iniūgēdo penitētibus.

IN imponēdo pñias ne vilescat auctoritas eccl'ie arbitreꝭ ꝯfessor: ⁊ ne potestas clauiū ꝯtemnatur. de pe. di. i. c. Sunt qui arbitrātur. 50. di. c. absit. et .c. si quis prepostera. nimis malum ē si pur ꝯtigat errare ꝙ erret dando nimis paruā ꝙ̄ nimis magnā. vt dicit Chriso. 26. q. 8 c. alligāt. qr vt ibi dicitur. Melius ē deo reddere ratōnē de nimia misericordia ꝙ̄ de nimia seueritate. si eni benignus ē deus vtquid sacerdos vult esse austerus? Exemplū habemus a Christo: vt dicit Ray. qui nulli vnq̄ grauē imposuit penitētiā: sed dixit Uade ⁊ amplius noli peccare et ad hoc maxime debet attēdere cōfessor excidere ab eo causas et occasiōes peccatoꝝ: puta si cōuersatio eius cū aliquo vl' aliqua ē occasio ei alicuius ruine debꝫ imponere sibi ꝙ dimittat si pōt et huiusmodi. de pe. di. 3. c. satisfactio aliquādo imponere pōt ei loci mutationē qui ei ē ad scādalū si fieri pōt. di. 81. c. valet. aliquādo tamen res sic se habēt ꝙ fieri non potest.

Contraria penitentia debet imponi delicto

ITem imponēda est penitētia cōtraria ad malū quod cōmisit secundū Ray. videlicet superbo opa humilia: guloso ieiuniū: auaro elemosine et hmōi quia cōtraria cōtrariis curātur. de pe. di. 2. c. 2. Quod intellige si credit' illū velle et posse pficere. Hoc eni ē ad bene esse imponere magis istā ꝙ̄ illā. Itē si ē negligēs ad audiendū verbum dei: sibi potest iniūgere secūdū Jo. ꝙ audiat certū numerū predicationū. Debꝫ tñ cauere cōfessor ne det talē penitentiā p quā fiat alteri preiudiciū: puta si seruo iniūgatur lōga peregrinatō vl' ieiuniū prolixū ita ꝙ eius dominus reciperet detrimentū de seruitio suo. si etiam imponeret vxori vt daret m'tas elemosiñas dabit de bonis viri si parafrenalia nō habet.

Pro peccato occulto nō debet dari manifesta penitentia.

ITem pro peccato occulto ñ est manifesta penitētia iniungenda. s. talis vt possit inde oriri aliqua suspicio peccati commissi.

ET nota secundū Jo. super cle. dudū. de sepul. sup verbo audire. ꝙ pri⁹ debꝫ sacerdos imponere penitentiam ꝙ̄ facere absolutionē a peccatis. quod probat ex ipso textu cle. que prius loquitur de penitētia iniūgenda: postea de absolutione. tū etiam ex ratione: qr cū absolutio sit cōplementū et forma in penitētia prius debꝫ esse satisfactio que ē pars materialis penitētie: saltē in ꝓposito actuali vt expressa satisfactione que debet imponi p sacerdotem acceptet eā penitēs sicut cōfessus ē et voluit: et inde sequit' absolutio. Sed ꝯtrarium dicitur esse de censi. c. fi. vbi dicitur ꝙ archiepiscopi possunt in visitatiōe absoluere et pñias imponere: ergo hoc de necessitate non procedit. quia tamen cōmuniter fit cōtrariū: vt scilicet prius absoluatur et postea iniungatur penitētia quomodocūqꝫ fiat: vel ante vel post sufficit. Presupponit eni ꝯfessor illum habere ꝓpositū eā faciēdi quaꝫ sibi iniū

get cū ipsum penitea t. Secūduz
Jo. si penitētē absolutis cuius ge
neralem cōfessionē audiuisti ab
soluas eum et a penitentiis obli
tis iniūctis ab aliis sacerdotibꝰ
et si aliquarū penitētiarū iniun
ctarum memor sit ꝙ nō impleue
rit eas si iudicaueris expediens
ꝯmittes eas nisi essz i casu a quo
non posses absoluere.
De permutatione penitentie ha
bes supra i[...]ꝑcedenti. c. fi.
vbi etiā multa de satisfactione

Memoriale dicendū penitenti
circa penitentiam fiendam.

CAutum ē etiam sibi decla
rare ⁊ pmittere ꝙ si aliqua
die ex obliuione vel negligētia
dimitteret penitētiā sibi impo
sitam: puta ieiuniū vel oratiōes
et huiusmōi ꝙ possit alia die cō
mutare. Et secūdū Pe. de pal.
consulendū est diuitibus ⁊ nobi
libus ꝙ querant participationē
bonoꝝ que fiūt in religionibus
in quibus sunt ⁊ plures penalita
tes ꝙ̄ alibi et magis deo accepte
et ꝙ in penitentiā imponat eis
ꝙ nō solū que faciēt p seipsos: sz
etiam que procurabunt ab aliis
et omnia quoꝝ specialit sūt par
ticipes. Dicit etiam Pe. de pa.
in. 4. ꝙ debz cōfessor cū minorē
penitētiā debito imponit: inno
tescere ei ꝙ illa penitentia sibi
imposita nō est digna: ne deci
piatur putans sufficere: sed ꝙ de
beret pro quolibet mortali septē
nem agere penitentiam: quā si
hic nō pficiet in purgatorio luet
Si tamen per illam declaratio
nē crederet eū incidere i despa
tionē: non debet sibi hoc dicere

Quid fiendū quādo penitens
non cōfitetur peccatum aliquod
mortale quod ꝯfessor scit eē i eo.

DE cōfitente autē qui nō cō
fitetur aliquod mortale qd'
nouit de eo ꝯfessor ex eo ꝙ nō re
putet illud peccatū. Dicit Goff.
in quolibz. 9. ꝙ si est certū illud
esse mortale tūc quicūqz ꝯfessor
debet ei facere conscientiam de
eo: cū cōfessor ordinetur ad vtili
tatem eius. Sed vtilitas eius est
ꝙ sciat statum suū: nec debet eū
absoluere: sed reputare eū indi
gnum et indispositū ad recipiē
dum absolutionē dū manet i ta
li statu. Sed si dubiū est vtrum
sit mortale: et opiniones doctoꝝ
diuerse: videlicet vtrū sit licitū
emere redditus ad vitā: tūc aūt
confessor est ordinarius eius: ita
ꝙ tenetur cōfessionē eius audire
et tūc si sit opiniōis illiꝰ ꝙ illud
nō sit peccatū debet eū absolue
re simpliciter. Si autē credit ꝙ
sit peccatū: debet ei facere cōsci
entiam ꝙ cōfitēs se diligēter in
formet de illo facto vtruz sit pec
catum: sed dato ꝙ ille nō vellet
recognoscere illud esse peccatū:
nihilominus ex quo ē ordinarius
tenetur eū absoluere: nec debet
eum reputare inabilem ad abso
lutionem: quia hoc ex errore et
nō proterua opinione procedit.
Ordinarius autē absoluendo de
bet sequi cōmune iudiciū eccl'ie
non suū. Si autē sit cōfessor de
legatus qui in nullo tenetur ꝯfi
tenti nisi velit si credit illud eē
mortale non debet eū absoluere
quia ex mera volūtate depēdet
vt absoluatur vl' dimittat: debz
eni sequi ꝓpriū iudiciū in absol
uendo: et peccaret si absolueret.
Hec Goff.

Sacerdos dicitur soluere vel ligare tripliciter: et de modo et forma absoluendi. .§.6.

NOta tandē secūdū Ray. q̄ sacerdos dicitur soluere vl' ligare triplicit'. ¶ Uno modo ꝑ ostēsionē .i. ostēdēo ꝑ solutū vl' ligatū. dico cū absoluit': lꝫ eni sit peccatoꝛ ꝑ cōtritionē a deo absolutus: tñ in facie ecclesie adhuc manet ligatus. et sic intelligit' .c. quantūlibet. de pe. di. i. ¶ Alio mō ligat sacerdos dādo penitētiā ad quā obligat peccatorē: et soluit cū penaꝫ sibi debitam dimittit: vel ad sacramēta admittit. de peni. di. i. c. multiplex. ¶ Tertio mō ꝑ excōicatōēꝫ et absolutionem ab ea. ii. q. 3. c. nemo sit. tñ sit secundū Pe. absolutio a peccatis realiter per ministeriū sacerdotis: nō quidē principaliter et auctoritatiue: qꝛ hoc ē ꝓpriū dei. de pe. di. i. c. uerbū. Nec solū ostēsiue: qꝛ et hoc faciebāt sacramēta veteris legis: siue testamēti. nec solū deprecatiue: qꝛ sic magis absolueret bonus laicus q̄ malus clericus. nec solum ꝑ cōtritionē ꝯfitētis: qꝛ tūc nūq̄ quis efficeret' ibi de attrito ꝯtritus. Sed opat' instrumētalit' absolutio ad remissionē disponēdo ad gratiā: et nisi opponat' obstaculū: fit de attrito cōtritū et iā cōtritio adauget gratiam. Hec Pe. de pal'. cui cōcoꝛ. Tho. ⁊ fit hoc virtute clauiū que dicuntur plures in effectu: qꝛ vna est ptās discernēdi alia diffiniēdi: vna tñ est essentialiter. s. potestas iudicādi in foro aie collata a deo: et i aia impressa delebiliter per susceptionē sacerdotii. hec Pe. ¶ Secūdū vero Ray. nota q̄ triplex ē iudicium. s. dei. Petri et celi. In primo absoluit' peccatoꝛ ꝑ cōtritionem. In secūdo. s. iudicio Petri .i. cōfessionis ꝑ absolutionē: si tñ prius sit absolutus a deo saltem ordine: alioquin nō vñ di. 24. q. i. c. manꝫ petri priuilegiū qñ ex equitate fertur iudiciū. In tertio .i. iudicio celi. id est curie celestis absoluit' ꝑ approbationem. de pe. di. i. Alio mō ⁊ aliis verbis dī triplex iudiciū. Primū dei. Secundū Petri in eccl'ia militāti. Tertiū sursū in ecclesia triūphanti. Primū ē quo deus mūdat animā in cōtritiōe: et hoc precedit reliqua duo scilicet tꝑe dignitate et effectu. est eniꝫ ille qui claudit et nemo aꝑit: aꝑit et nemo claudit. Secundū quod sequit' post illud est iudiciū sacerdotis: qui auctoritate clauiū ligat l' soluit eo modo quo paulo añ dictū est. Tertiū quod sequit' est iudiciū approbationis. s. celestis curie ⁊ angeloꝝ.

Forma verboꝝ absoluendi penitentem.

DIcit Pe. de palu. q̄ homo qꝛ ignorat vtrū vnq̄ fecerit vnā ꝑfectā ꝯfessiōēꝫ expedit q̄ in omni cōfessione sacramētali post oia peccata sua specialit' enumerata sequat' general' clausula. s. de omnibus aliis mortalibus et venialibus cōfessis et non cōfessis ac oblitis dico meam culpam. et sic sequit' absolutio: ⁊ sic valebit ad remissionē culpe ⁊ pene etiā mortalis ⁊ scite ac etiam oblite: ad quā tamē nō tenebat' al's in speciali confiteri iterū. qꝛ scilicet sufficiēter cōfessus est.

De forma et vi verboꝝ que requirūtur in absolutione.

Forma autē absolutionis se
cundū Tho. in tractatu de
forma absolutōnis ē hec quantū
ad substantiā Absoluo te: et ꝯsu
euit addi ego: et a peccatis tuis:
et si nō diceret̄ subintelligeret̄
q̄r enim in sacramētis verba ha
bēt efficaciā et institutionē tenē
da sunt determinata verba con
sonātia institutioni diuine dicē
ti. Quecunq; solueritis. et ista
verba cōueniūt ego te absoluo.
Idē Innocen. et Hostiē. De ista
et aliis formis diuersis absolutio
nis ab excoicatiōe et peccatis di
cetur infra in fine interrogato
rii. Solet autē papa aliquando
tantā facere gratiā quibusdam
vt ab omnibus cēsuris et penis
simpliciter iuris et ab homīe la
tis possit absolui in foro saltē cō
scientie: et tūc confessor pōt ista
forma vti quam a curia romana
habui et visus sum.

Forma absolutionis ab oībus
cēsuris et penis tam a iure q̄ᵖ ab
homine latis.

De plenitudine ptātis apl'i
ce cuius auctoritatē ꝑ p̄nti
gero: Absoluo te ab omnibus cē
suris eccl'iasticis sentētiis ⁊ vincu
lis excoīcationū suspēsionū et in
terdicti tam ab homine q̄ᵖ a iure
latis: necnō ab oīb⁹ negligētiis
et defectib⁹ cōmissis in sacramē
toꝝ administratione officii sacti
bus tuis uł' noīe tuo factis supplē
do de solita apl'ice sedis clemen
tia oēs defectus eorūdē Aboleo
⁊ omnē maculā infamie ⁊ inabi
litatis vndecūq; ꝯtractis: dispē
soq; tecū sup̄ omni irregularita
te symonia in ordine et bn̄ficio
actiue vel passiue quacūq; occasi
one ł' cā: etiā circa te in collatōe
ordinū et alioꝝ sacramētoꝝ ꝯtra
ctis seu cōmissis restituo et abili
to te ad statū famam honorē et
executōnē officioꝝ eccl'iasticorū
quorūcūq;: ac ad oēs gradus di
gnitatū et honoꝝ ad bn̄ficia ec
clesiastica habita ⁊ habēda et ti
bi et his que habes de nouo ꝓui
deo relaxando tibi fructus quos
male ꝑcepisti seu lesa cōscientia
ex eisdē: ac alia que ī ludo ex suc
cessione ac alias ad te ꝑuenerūt
que subiacent restōni vage ī for
ma plenissima. In noīe pr̄is ⁊ fi
lii ⁊ spūs sācti amē. ¶ Si aūt ali
quis dubitat an ꝑ istis spālis exi
gat̄ forma absoluēdi necessaria
qui a sede apl'ica hn̄t priuilegiū
q̄ᵖ in articulo mortis dūtaxat se
mel pn̄t absolui et habere plenā
remissionē omniū suoꝝ peccami
nū. i. a culpa ⁊ a pena: vt aliqui
exprimūt requirit̄ secūdum q̄ᵖ a
magr̄is tā in ꝯcilio ꝯstātiēsi: q̄ᵖ
basiliēsi dictū fuit q̄ᵖ non: sꝫ suf
ficit q̄ᵖ ea oīa ⁊ singula faciat ꝑ
quibus prefata indulgētia dat̄:
ꝓut in bullis vel priuilegiis tali
um exprimit̄: nec putet aliquis
q̄ᵖ qn̄ ī articulo mortis fuit semel
absolutus plenarie: et visus est se
mel illo priuilegio q̄ᵖ postea in
alio articulo mortis vti illo iteꝝ
valeat: nisi papa latiorē auctori
tē daret: q̄ᵖ dat qn̄ ponit q̄ᵖ ī ar
ticulo mortis dūtaxat semel. et
ita r̄n̄sum ē in ꝯcilio cōstātiensi
alio a clarissimis viris pluribus
de hoc requisitis. Nec mirū: q̄r
priuilegiū de indulgētiis tm̄ va
let vł' dat q̄ᵖtū sonat: nō autē ex
tēdi debet vltra.

Quid fiendū qn̄ cōfessor absol
uit penitentē de quo nō debuit.

Sed quid de ꝯfessore qui ab
solnit confitenté de quo nō
debuit aut ex ignorantia vel ve
recundia: vel festinatione vl' hu
iusmodi: et ꝯfessor postea experi
tur se errasse: nūquid tenetur cō
fitenti hoc dicere? Respondet
secundū omnes ꝙ confessus excu
satus est ⁊ corā deo absolutus in
terim ꝙ nescit: licet cōfessor nō
dicat quid ergo faciat. Collatio
facta fuit de hoc cū multis nota
bilibus doctoribus theologie in
ꝯcilio basiliensi. Nam quidā di
xerūt ꝙ cōfessor debet auctorita
tem a superiore impetrare absol
uendi eū: et si sine magno scan
dalo fieri pōt uocare n̄ absolutū
et sibi dicere: ac eum absoluere
post auditā confessionem: vel si
magnū scandalū timeretur ab
soluat eū absentem si ab vltima
confessione adhuc speratur esse
in gratia. Aut vt aliis placuit si
notabile scandalū timeret̄ sūmo
sacerdoti deo cōmittat ⁊ solā cō
dignā penitētiā pro eius negli
gētia peragat cōfessor: preserti
quādo multitudo sic ē neglecta:
vel multi eoꝝ distāt a loco vbi ē
confessor.

Quid de cōfessore qui non in
telligit penitentem.

Quid etiā sentiendū est de
eo qui cōfitetur et cōfessor
nō intelligit eū: aut ex dormitio
ne: aut ex imperitia vel distrac
tione nimia: vel simili cā? Re
spōdet Jo. de bar. theologus an
tiquus doctor i quolibꝫ suis. Sa
cramētalis absolutio ideo exigit
ꝯfessionē. omnis vero ꝯfessio im
portat reuelationē que nō pōt eē
sine relatione vnius et percepti
one alterius. Cū ergo alterū isto
rū deficiat. s. ꝑceptio sacerdotis
in prefato casu de illo peccato n̄
credo esse ꝯfessionē et ꝑ ꝯsequēs
nec impēdi absolutionē. Hec il
le. Sed istud videt̄ debere intel
ligi vbi obaudita sunt peccata
grauia que sūt de necessitate sa
lutis cōfitēda: nō de aliis que ca
dūt sub cōcilio: ⁊ ubi talia modi
ca obaudiūtur raro ab eo qui ali
as noscit ꝑsonam.

An penitēs teneat̄ iterare pe
nitētiā ei iniūctā i peccato mor
tali factā in toto vel in parte: et
an dicta pn̄ia taliter facta ei va
leat in foro militātis eccl'ie. §. 7

Utrū vero penitētiaꝫ seu sa
tisfactioneꝫ impositā ꝑ ab
solutionē debitā in peccato mor
tali factā vel in toto vl' in parte
teneatur homo iterare? Super
hoc sūt varie opiniones: in hoc
tamen omnes concordant ꝙ sa
tisfactio facta in mortali ita n̄
valet sicut nec alia opa facta in
mortali ualent in foro dei ad tol
lendū vl' diminuendū debitum
pene ꝓ peccatis ad quod ordina
tur omnis satisfactio. quia cum
nō sit in amicicia cū deo nō pōt
eē acceptū tale opus ipsi deo sic
factum. Sed vtrū valeat in foro
eccl'ie militātis: ita ꝙ nō teneat̄
eā iterare? In hoc ē varietas opi
nionū: et aliqui dicūt ꝙ tenetur
iterare: quia cū nō potuerit satis
facere deo: nec etiaꝫ potuit satis
facere sacerdoti qui i ꝑsona dei
illud sibi iniūxit. Sꝫ Pe. tarā.
et Jo. peri. videntur simpliciter
dicere sine distinctione ꝙ talis
nō tenet̄ iterare tales satisfacti
ones: q² satisfecit in foro eccl'ie
militātis in quo date sūt ⁊ vbi n̄

iudicatur de dispositiōe inter
ori. Idē videtur sentire Uincē.
in speculo hystoriali. li. 9. et. d.
Anibal. in. 4. Et pro ista opini
one videt̄ satis facere impositio
septēnis pñie que regulariter fie
bat pro quolibꝫ mortali antiqui
tus. vt. 22. q. i. c. predicandum.
Et verisimile ē ꝙ in tanto inter
uallo aliquod mortale committe
bant: vñ si oportuisset iterare fu
issꝫ laqueū imponere animabus
Tho. vero cū Alb. in. 4. distin
guit de satisfactiōe. dicit enim
ꝙ sunt quedā satis factiones in
quibus remanet aliquis effectus
in satis faciētibus: etiam postq̄
actus satis factiōis trāsit. vt i ie
iunio remanet corporis macera
tio vel deliberatio. et ex elemosi
na substātie diminutio. et tales
satis factiones in peccato ñ opor
tet iterare. q꞉ quantum ad illud
quod ex eis remanet p penitētiā
sequentē accepte sūt. Alie vero
satis factiones sunt que nō relin
quūt effectū in satisfactōe postq̄
trāsit actus. sicut in oratione et
hmōi. Actus eni interior qui to
taliter transit nullo modo viui
ficatur. vñ oportet ꝙ tales satis
factiones iterētur. Eandē opini
onem tenet Pe. de palu. magis
declarans. dicit enim ꝙ i satis
factionibus habētibus effectum
derelictum post opus. ut elemosi
na priuationē eris. ieiuniuꝫ cor
poris debilitationem ⁊ hmōi. si
postea peniteat et pseueret. Si
cut baptismalis caracter habet
effectū recedēte fictōe: sic ⁊ istud
derelictū ex sacramēto qd' opat̄
ex ope operato incipit valere ex
sequenti eius approbatione et sa
cerdotis ratihabitione cū illum

vere penitet et nō ex simplici vi
uificatiōe: q꞉ opus operans mor
tuum nūq̄ viuificatur: et sic illa
pñia satis facit: nō solum in foro
eccl'ie: sed etiā in foro dei q̄tum
ad illud derelictū vt non oporte
at iterare: sicut ieiuniū elemosi
na et hmōi. Sed si nō habēt ef
fectū derelictū ut oratio: talis pe
nitētia facta i mortali nullo mō
satis facit quin hic l' alibi opor
teat satis facere. quod videtur in
telligendum in foro dei. q꞉ nec
ratione ipsius opis cū facit: nec
rōne derelicti cū postea penitet
eū cū nō habeat effectum dereli
ctū: sꝫ in foro ecclesie satisfacit.
q꞉ ñ est necesse eā iterare si vult
esse in statu salutis: postea peni
tēdo. sicut necesse habebat ipsaꝫ
implere cum fuit sibi imposita.
Unde idē Pe. dicit paulo supe
rius ꝙ qñ homo est de oib' ɔtri
tus et cōfessus et accipit peniten
tiam cū absolutiōe: si recidiuans
peraget eā in mortali ipē quidē
se liberat ab iniūctione sacerdo
tis nec incurrit peccatū inobedi
entie qd' incurreret si eā nō pfe
cisset. q꞉ nō ē fortius vinculū cō
fessionis q̄ dei vel eccl'ie. Sed i
mortali exñs implēdo preceptuꝫ
dei. s. de honore parētū: vel pre
ceptū eccie. vt de ieiunio et de
elemosina ab illo absolute se libe
rat. ergo ꝛc. hec Pe. Cum ergo
pñia iniūcta ordiet̄ ad tollendū
vl' diminuendū debitū pene tē
poralis tal' qui pñiaꝫ sibi imposi
tā nō habentē effectū derelictū
oiones pfecit i mortali: si reuer
titur ad pñiaꝫ et tandē morit̄ in
statu grē: ex quo illā nō iterauit
cū p ipsā nil sit solutū de debito
tpal': soluet eā in purgatorio. ni

si p alia bona hic satisfaciat ꝙ
si nō reuertat̄ ad penitētiā: qui
penitētiā pfecit in mortali quā
cunqꝫ: siue habentē effectū siue
nō habētē derelictū soluet illud
debitū in inferno semp. sicut il
le qui morit̄ cū mortalibus et ve
nialibus de vtrisqꝫ soluet penā
in inferno: Quis eni ꝓ veniali
debeat̄ pena tpalis que finē ha
bet: tn̄ p accidēs ē ꝙ veniale pu
niat̄ in inferno pena etna. s. ra
tione status. qr in inferno nulla
ē redēptio. Nō eni est ille status
expiandi culpā ad quā sequit̄ pe
na: ⁊ ideo sp remanēte culpa ve
niali durat et pena. Ita tenet
Tho. in. 4. di. 22. Sed de pena
tpali debita ꝓ mortali post cōtri
tionē Pe. de pal. sic declarat i
. 4. Peccator postq̄ est deo recō
siliat̄, ē debitor pene finite: nō
qualitercūqꝫ soluēde: sꝫ in statu
gratie i quo solū est deo accepta
Alioquin ē debitor pene tante:
quantā meret̄ culpa: et illa ē in
finita. Vn̄ peccatori p se debe
bat̄ quidē pena infinita si erat
in mortali: sed mutata fuit in tē
poralē supposito ꝙ pseueraret in
amicicia. Acceptauit eni deus
absolutionē a pena etna ⁊ impo
sitionē pene finite sub ꝯditione
si i gr̄a fieret. Et si querat̄ qua
re deus magis acceptauit abso
lutionē a culpa sine conditione:
q̄ absolutōnē a pena: dicendū ē
ꝙ culpa trāsit et macula transit
et gr̄a in momēto aduenit: sꝫ sa
tisfactio futura est. futuris aūt
solet ꝯditio apponi: nō aūt presē
tibꝫ nec preteritis: vel si appona
tur certa ē: qr si ē in gratia pro
tūc nō pōt esse sine gr̄a. Ideo re
missio culpe fit sine conditione

vl' fit simpliciter quia conditio
existit. Vn̄ sicut p sacramentum
nō remitteret̄ culpa: nisi adesset
gr̄a: sic nec postea p satisfactio
nē remittit̄ pena: nisi adsit gr̄a
Talis ergo dimissa culpa puni
etur in inferno pena infinita: nō
ꝓpter cōmutationē finite in in
finitā: sed qr debitor est pene in
finite: ex quo nō soluit penā fini
tā sub conditione qua debuit: si
cut perdēs priuilegiū cleri inci
dit de foro meriti ad forū sāgui
nis: sic qui declinat forꝝ ecclesie
incidēs in mortale ad forū iusti
cie exterminantis inuenit penā
eternam. Hoc quod dicit Pe. vi
det̄ intelligēdū de eo qui pn̄iaꝫ
iniūctā nō habentē effectū dere
lictū factā in mortali scito ab eo
vel de quo dubitabat ꝯtēnit ite
rare: vel etiā credit vel dubitat
se debere iterare ex negligētia
dimittit: ⁊ ex labore recusās hic
et in purgatorio facere emendā
deo. Sꝫ si quis dimittit iteratio
nem tal' pn̄ie ex impossibilitate
qr ei deficit tēpus vl' credit se eā
fecisse in statu gr̄e: l' si fuerit in
mortali cognito ab eo: vel etiam
si scit se eā fecisse i mortali itera
re facit p aliū quē credit bonum
vel etiā si nec p se nec p aliū ite
rat credit sibi sufficere ad salutē
ꝙ impleuit sibi iniunctam intē
dēs quod hic minus fecit satisfa
cere in purgatorio et sic deo fa
cere emendā: p hmōi omissionē
talis nō damnat̄. Vn̄ ⁊ ipse Pe.
dicit di. 45. q. 2. ꝙ qui facit pe
nitentiā iniunctaꝫ in mortali ꝓ
se ꝓ tāto nō tenet̄ iterare: qr po
test i purgatorio satisfacere. Et
si dicat̄ ꝙ videt̄ incōueniens ꝙ
tm̄ quis puniat̄ ꝓ peccato dimis

ſo ſicut ꝓ ñ dimiſſo qꝛ pena eter na: et ſic nõ videt̃ in aliquo ꝓfu iſſe ꝯtritio ⁊ ꝯfeſſio. Rñdet Pe. ꝙ licȝ tãte puniat̃ extẽſiue: non tñ intẽſiue ſicut pro vno peccato ita diu ꝙ̃ ꝓ mille ſed nõ tã acer be. Si etiã partẽ pñie fecit. ſ. in ſtatu gr̃e: ⁊ vnus dies remanſit ꝓ illa die eternã luet penã: ſi ñ penitet: tñ nõ tã acerbe acſi nũ ꝙ̃ ꝯtritus nec ꝯfeſſus eſſet nec ĩ aliquo ſatiſfeciſſet: al'ſ peccatum rediret. Hec Pe.

Remediũ tutius ſiue cõſilium dandũ penitenti qualiter ꝑfice re debeat pñiaȝ ſibi iniunctam: et que penitẽtia debeat ſibi da ri ſecurior.

Nota tñ ꝙ dũ quis facit pe nitẽtiã ſibi iniũctã: ſi laba tur ĩ mortale: ꝙ̃uis bonũ ſit ꝙ̃ci tius ꝯfiteri: tñ cũ ꝑ ſolã ꝯtritõeȝ peccatũ dimittat̃ et gr̃a reſtitu atur ꝙ̃cito ipſe ꝯterit̃: etiã añꝙ̃ ꝯfiteat̃ ꝓſequẽdo dictam pñiaȝ: etiã ſi ſit tal' pñia que ñ reliquat effectũ poſt ſe ĩ foro dei realit̃ ſa tiſfacit qꝛ ĩ ſtatu gr̃e ẽ. vñ ĩ nul lo tenet̃ iterare. Ad tollẽdũ aũt oẽ dubiũ tutiꝰ videt̃ ꝙ cõfeſſor ⁊ ſi dat pñias diutinas det pñias vt ieiunioꝝ elemoſinaꝝ ꝑegria tionũ ⁊ hꝰ: ꝓut requirũt pctã: ñ tñ iniũgat diuturnas pñias oĩo nũ: et precipue his de quibꝰ põt dubitari de recidiuo.

De celatiõe ꝯfeſſiõis ⁊ de pñia ſa cerdotis ꝯfeſſõeȝ reuelãtis. §. 8.

Dicat Tho. ĩ. 4. di. 21. ꝙ au diens ꝯfeſſiõeȝ tenet̃ celare audita ĩ ipſa. qꝛ in ſacramẽtis id qd' gerit exteriuſ ẽ ſignũ eiꝰ qd' gerit intius. vñ ſicut deꝰ hoi cõ fitẽti tegit peccatũ intius: ita ſa cerdos dȝ celare extiꝰ. vñ tãꝙ̃ vi olator ſacramẽti ẽ reuelator ꝯfeſ ſionis. Eſt et alia rõ. qꝛ. ſ. ꝑ hoc hoies magis trahũt̃ ad ꝯfeſſõeȝ et ſimplicius cõfitent̃. vñ ⁊ ſi ex hoc aliqd' ꝑiculi futuꝝ imineret ⁊ hoc ſolũ ſciret ꝑ ꝯfeſſionẽ vt de heretico qui corrũpit fideles vel de matrimoio illicito qd' aliqui volũt ꝯtrahere l' de ꝑditione ci uitatis fiẽda nõ ꝓpt hoc dȝ reue lari ꝯfeſſio ad impediẽdũ malũ vt quidã dixerũt: ſȝ falſũ eſt. De bet aũt monere eos qui cõfitent̃ vt obuiẽt vl' deſiſtãt: et prelato dicere ꝙ vigilet ſuꝑ gregẽ ſuũ ⁊ hꝰ ſine vlla reuelatõe. hec tho. ꝙ ſi iudex inquireret ab aliquo an ſciat aliquid de illa maãa ꝑ ꝯfeſſõeȝ vl' ꝑ aliũ modum. Dicit Guil. ꝙ ſi ñ põt alio mõ declia re iiquũ iudicẽ põt rñdere nihil iñ ſcio. qd' ſubitelligit̃ vt hõ: vel etiã nihil ſcio ꝑ ꝯfeſſiõeȝ: qꝛ ſub intelligit̃ tibi reuelãdũ: ſic expo nit̃ illd' Math. 24. c. de die illo et hora nemo ſcit: nec filiꝰ hois: et ſubitelligit̃ reuelãdũ vobis. Põt ⁊ hoc variare hõ cũ ñ addu citur in teſtioniũ niſi vt hõ. Et ideo abſqȝ leſione ꝯſcientie põt iurare ſe neſcire id qd' ſcit tãtũ vt deus. Sed neqȝ etiã ſecundũ Pe. de pal'. in. 4. di. 21. ꝑ licẽti am vel preceptũ cuiuſcunqȝ ſuꝑi oris factũ etiã pape ſub pena ex cõmunicatõnis non licet reuela re cõfeſſionẽ. qꝛ ſigillũ cofeſſio nis ẽ de iure diuino et de neceſ ſitate ſacramẽti. Papa aũt lȝ ali qñ diſpẽſet in preceptis diuinis ut in votis quoꝝ redditio ẽ de iu re diuino: nõ tamẽ poteſt diſpẽ ſare in ſacramẽtis: ſcilicȝ vt quis non baptizetur vel confirmetur vl' nõ cõfiteat̃. et qꝛ dictũ eſt ce

lationē ꝯfessionis eē de nccitate
sacramēti nō sic intelligit ꝙ sit
verū sacramentū: etiā si ipsa cō
fessio nō celaret: qꝛ vtiqꝫ essꝫ sa
cramentuꝫ etiā si sacerdos reue
laret. qꝛ nec sic est de necessitate
ꝙ deꝰ tegat qꝺ si nō satisfaciat
deus ñ tegit: sꝫ reuelat ad penā
aut si accedat fictus deus non te
git: et nihilominus sacerdos te
net celare: sed di celatio cōfessi
onis de nccitate sacramēti. quia
natura sacramēti necessitat eū
ad celādūꝫ. natura dico q̄tū ad
id quod ē sacramentū quod fit ī
occulto solus cū solo: ⁊ q̄tū ad id
quod est sacramentū et res. s. pe
nitētia interior que etiā est occl'
ta: ⁊ q̄tū ad rē tm̄ que ē remissō
peccatoꝝ ꝑ quā tecta sūt peccata
¶ Nota secūdū Pe. de pal. qꝛ qꝺ
dicit Tho. ꝙ occultatio ꝯfessiōis
ē de essentia sacramēti: nō sic ē
intelligēdū ꝙ sit eius materia
vl' forma eius: sed ꝙ ē de natura
eius obligatio ad occultationem
sicut si diceremus de essentia le
uis ē ferri sursū: vel de essentia
matrimonii ē reddere debitum
id est obligatio ad ipsū. Est aūt
peccatū mortale reuelare cōfessi
onē. qꝛ ē ꝯtra ius diuinū ⁊ positi
uū: vñ ⁊ grauit punit ab eccl'ia.

Penitētia ꝯfessoris ꝯfessionē
reuelantis.

SAcerdos reuelās ꝯfessionē
de iure antiquo debꝫ depo
ni ⁊ toto tēpore vite sue ignomi
niosus peregrinari. de pe. di. 6
. c. sacerdos. sed secundū. c. ois.
de pe. et re. debet deponi et ad
agendā ꝑpetuā penitentiam in
monasterio arto intrudi. sꝫ secū
dū Host. faciet penitentiā certo
tpe: et exinde aliā. Sꝫ hec pñia

imponenda ē qñ quis in iudicio
ꝯuincit de hoc vel fatet de iure
nā al's in foro pñie videtur esse
arbitraria sicut ꝓ aliis peccatis
Quāuis autē possit ꝯfessor de li
cētia penitētis manifestare eius
peccatū alteri secūdum Tho. et
Pe. nō tñ debet vti licētia tali:
nisi ad euitandū aliquod malū:
tenetur tñ ille cui alquid reuela
tur de licētia penitētis illud ce
lare: nisi forte peccator velit ꝙ
ille absolute et libere sciat. Licē
tia tñ quam dat penitēs ꝯfessori
de reuelatōne peccati quantūcū
qꝫ generalis nō intelligit: nisi
ad bonū cōfitētis secundū Pe.
de pal'. ¶ Sed nota secundū eū
dem ꝙ si iudex diceret alicui ca
pto ꝓ maleficio da licentiā cōfes
sori ꝙ dicat si tu es confessus de
hoc l' de illo nō tenet dare: nec
ex hoc cōtra eū debet haberi su
spicio de delicto: qꝛ forte hoc fa
cit ꝓpter vitandū scādalū: sed ⁊
si daret licentiā: sic licētiatꝰ de
bet dicere peccatū illud si esset
ꝯmissum. ¶ Itē si precipet prela
tus alicui ꝯfessori ꝙ diceret sibi
peccatū alicuius quod ē omnino
occultū: etiā si ꝯfessus dedissꝫ li
centiaꝫ illi ꝙ diceret non tenet
dicere: neqꝫ obedire vt reuelet
illud: qꝛ prelatus nō ē iudex occl'
toꝝ. imo etiā si ꝯfessus essꝫ diffa
matus de illo peccato et ꝑ infa
miā ꝑueniret illud ad cognitōeꝫ
iudicis: q̄uis ipē ꝯfessus interro
gatus a iudice siue prelato tene
ret se manifestare: tñ ꝯfessor eiꝰ
etiā habita licētia ab eo dicēdi
nō tenet dicere iudici sibi preci
piēti vt dicat etiā si scit: nec de
bet. qꝛ fori nō sunt cōmiscēdi. s.
pñialis et ꝯtētiosus. Sed si cōfes

ſoꝛ ſcit peccatū alicuius nō ſolū
ꝑ confeſſionē: ſed etiā ꝑ aliū mo
dū: puta q̄ꝛ vidit vł audiuit per
talē ⁊ talē modū pōt dicere ꝙ il
lud vidit ł audiuit: dūmodo nō
dicat ſe ſcire illud ꝑ ꝯfeſſionem
nec refert vtrū pꝛ᷑ ꝑ cōfeſſionē
audiuerit: ⁊ poſtea ꝑ aliū modū
ſciuerit et ecōuerſo. In quo caſu
ſcilicet ſi prius ſciuit peccatū añ
ꝯfeſſionē nō opoꝛtet ꝙ ꝓteſtetur
ſe nō recipe illud in cōfeſſione:
q̄ꝛ ſine ꝓteſtatōe pōt dicere ꝙ̄tū
ſcit extra ꝯfeſſionē: nec tñ debꝫ
hoc dicere ſine magna cauſa et
rationabili. Itē ſecundū eūdē
Pe. cū cōfeſſio nō auferat cōfeſ
ſoꝛi ius ſuū: nec cōferat ei ius no
uum in alio foꝛo quicquid videt᷑
cōfeſſoꝛi faciendū vł omittēdū
ꝓ bono ipſius ꝯfitētis vł ꝓ bono
cōmuni poteſt facere vel omitte
re: dūmodo ꝓpter hoc nō reuele
tur ꝯfeſſio ad quod ſolū obligat᷑
licet alias illud nō eſſꝫ facturus
Vñ ſi ꝑ cōfeſſionē prioꝛis vel al
terius ſcit abbas ꝙ non expedit
prioꝛi tenere monaſterium et ſit
talis qui alias ad libitū pōt āmo
neri: expectet quouſqꝫ ſine nota
reuelatōnis poſſit eū āmonere: ⁊
tūc ſtatim āmoneat. cum eni ex
audiētia ꝯfeſſionis nō obligetur
ad aliquid niſi ad celandū: et ſi
obligaretur ad aliquid: hoc eſſꝫ
ad medendū aīe penitētis: ſicut
medicus: abſqꝫ tñ reuelatōe ꝯfeſ
ſionis: ex quo alq̄ẽ in cura ſuſci
pit tenet᷑ ſibi dare remediū con
tra recidiuū: ⁊ ſic in ꝓpoſito ꝙ̄ci
to pōt āmonere āmoneat quem
etiā ſine hoc āmonere poterat.
Si autē talis erat qui nō ſine in
ſta cauſa āmoneri poterat cū au
dientia ꝯfeſſionis nullū ius ſibi
prebeat in alio foꝛo in quo nō cō
ſtet ſibi vt iudici āmoneri ñ pōt
Idem Tho. ¶ Itē q̄ꝛ p̊ꝛelatus li
centiā intrandi ciuitatē ſiue vil
lam ſubdito dare pōt ad libitū:
vel negare: licet alꝭ nō eſſet ne
gaturus ꝓpter periculū quod ex
ſola cōfeſſione nouit negare pōt
dū tñ ex hoc ſuſpicio nō oꝛiatur.
In occłto tñ ſemꝑ monere pōt il
lum qui cōfeſſus eſt: quia hoc nō
ē reuelare cōfeſſionem. Similit᷑
curatus ꝓpter confeſſionē pōt ne
gare cōmunionē qñ eā dare alꝭ
tenet᷑ vt ī paſchate alꝭ ſic dicēs
Tibi nō teneoꝛ nūc dare: ñ obii
ciens de crimine cōfeſſo: nō ꝓpt᷑
hoc dicit᷑ reuelare cōfeſſionem.
Sꝫ ſi alicui cōquerēti ꝯtra ſuum
parrochialē ſacerdotē: q̄ꝛ ñ vult
ſibi dare euchariſtiā ipſe ſacer
dos coꝛam aliis diceret ꝙ hoc fa
cit: q̄ꝛ habꝫ peccatū a quo nō po
teſt abſoluere: et ipſe nō vult ire
ad epiſcopū: hoc eſſꝫ reuelare cō
feſſionē: ꝙ̄uis ipſe nō intenderet
hoc: q̄ꝛ grauitatē peccati expꝛeſ
ſit. Hec Pe. Et idē eſt cū dicit
ſe audiuiſſe quendā: nominādo
eū ⁊ nō abſoluiſſe. Similiter de
epiſcopo qui per confeſſionē no
uit coꝛruptionem monialis que
petit bñdictionē: q̄ꝛ aut ē caſus ī
quo tenet᷑: ⁊ tūc negare nō debꝫ
q̄ꝛ ſi ꝑ cōfeſſionē eiuſdē ſibi con
ſtat: nō tñ ſibi cōſtat vt iudici ī
illo foꝛo ī quo ſicut ab oꝛdinario
monaſterii petit monialis bñdi
ctionem: ⁊ quelibet ꝓ ſeipſa. Si
aūt hoc ſcit ꝑ cōfeſſionē eius qui
vidit: vel qui eā coꝛrupit: nō ſuf
ficiēter ꝯſtat: etiā ſi extra cōfeſ
ſionē dicat vñ negare nō debet
Si aūt aliter ſcit: nō tenet᷑ bñdi
ctionē impartiri: et pōt ſine re

uelatione cõfessionis negare ita cõfitẽti sicut nõ ꝯfitẽti. Et quod dictũ est de benedictione monialium. s. virginum.

Idem ẽ de benedictione abbatissarum ubi virgĩes coiter benedicuntur secundũ quosdã qui dicunt ꝙ licet aliqua possit esse abbatissa vidua: sicut Paula mater Eustochii: tñ absurdũ eis videt̃ ꝙ monialibus bñdictis possit abbatissa preesse carẽs illa bñdictione: sicut etiã secundũ iura ꝓfessis nõ debet novicia preferri in abatissam: imo nec ꝓfessã tacite nec expresse. de elec. c. indẽnitatibus. in principio. li. 6. qr tamẽ quod nõ est ꝓhibitũ cõcessũ est: ideo videtur ꝙ bñdictio abbatissarũ quarũcũq; nõ requirat virginitatẽ magis q̃ abbatũ cũ nõ sit iure cautũ: sicut de benedictione virginũ. Pe. de pal'. Similiter quia homo hab; liberã electionẽ per solam ꝯfessionẽ: licet p solã ꝯfessionẽ sciat aliquẽ indignũ ad prelationẽ ad quaz eligit̃ quẽ al's putabat dignũ nõ deb; eligere ex ꝯsciẽtia sibi sic dictãte: qr eligẽdo sciẽter dignũ l' indignũ negociũ gerit inter ipsũ et deũ. Unde potest etiã ex his que scit ut deus iudicare: ita et ĩ ꝓposito: sed bene putarem ꝙ pateretur penas iuris: puta ꝙ esset privatus iure eligẽdi ⁊ a fructib' p triennium suspẽsus qui eligeret illũ quẽ scit ut deus indignũ: s; nescit ut homo. quia de his que scit homo ut deus: solũ deũ hab; ultorẽ nõ hominẽ: et hmõi. Pe.

Quãvis autẽ dimidiãdo cõfessionẽ nõ sit ibi sacramentũ tenet̃ tamẽ sacerdos celare: quia pars est sacramenti. Pe.

Qui teneãtur ad sigillũ confessionis. §. 8.

Dicit Pe. de pal' ubi supra ꝙ ad celandũ cõfessionẽ tenetur is qui cõfitetur licite: vl' illicite: mediate vel immediate. Unde et nõ sacerdos qui in casu necessitatis audit de mortalibus et venialibus. Itẽ interpres quẽ pro se penitẽs adhib;. Item qui casu audit. Itẽ cui de licẽtia ꝯfitẽtis revelat̃. Itẽ qui se cõfessorẽ fingit. Itẽ qui latẽter abscõdit' cõfessiones audit: quod ẽ sacrilegium: ⁊ iniuriã facit sacramẽto Item cõfessor anteq̃ absolvat: et etiã qñ nõ absolvit tenet̃ celare

¶ Itẽ nota ꝙ cũ quis recipit aliquid sub sigillo cõfessionis: q̃uis et nõ fuerit cõfessus dicẽs illud: tñ debet ita secretũ tenere: acsi haberet in cõfessione non quidẽ rõne sacramẽti quod ibi nõ est: sed rõe ꝓmissi si ꝓmisit illud sic celare. Hec secũdũ Tho. et Pe. de pal'. Dicũt tñ Tho. et Pe. ꝙ homo nõ debet aliquid de facili recipe in cõfessione. Addit quoq; Pe. de pal'. ꝙ qui tradidit vl' accepit in ꝯfessiõe aliquid quod nõ est cõfessio videt̃ facere irreverẽtiã sacramẽto: cũ nil sit eque celandũ eo quod scit̃ in cõfessiõe Similiter cũ quis accepit ab aliquo cõsiliũ recõmendãs ut illud teneat secretũ tenetur ad celandum: et frangẽs quodlibet istoꝝ sigilloꝝ sive secreti sive cõfessionis peccat mortaliter. Et tamen que quis recipit sub sigillo cõfessionis ⁊ nõ in cõfessione nõ plus obligatur q̃ si quis iurat tenere secretuz aliquid. Unde cum aliquis quãdo iurat celare aliquod malũ quod manifestãdo cũ aliis

possit impediri: illud malum au
fertur. vt ꝑditio aliqua et hm̄oi
tenet manifestare nō obstāte iu
ramēto. 22. q. 4. c. inter cetera.
Ita ꝛ quod accepit sub sigillo cō
fessionis: et nō in cōfessione.

Ad que se extēdat sigillū con
fessionis. §. fi.

Dicit Tho. in. 4. ꝙ directe
nō nisi ad illa que cadunt
sub sacramētali cōfessione: indi
recte autē nō solū se extēdit ad
ea que audiuit sub cōfessione: vt
peccata: sꝫ omnia alia ꝑ que pos
sit peccator vel peccatū deprehē
di: vt si diceret ꝙ nō absoluit eū
vel talem cuius impedimentum
cognouit ꝑ cōfessionē solū: non ē
talis vxor: nihilominus alia etiā
que in confessione dicūtur nō ꝑ
tinētia ad cōfessionē sūmope sūt
celanda. tum ꝓpter scandalum:
tum ꝓpter pronitatē que ex cōsu
etudine sequit ad dicendū audi
ta in ꝯfessiōe. Tho. Pe. de pal.
melius prosequit istā materiā:
dicens ꝙ directe et principalit
peccata ꝯfessa et circūstantie in
quantū huiusmodi: et ꝑsona ter
tia cum qua quis cōfitetur se pec
casse cadūt sub sigillo cōfessiōis
licet quidā hoc negēt de ꝑsona
cū qua quis cōfitetur se peccasse
quod tamen ipse reprobat: et qn̄
ꝑ locutionē de peccatis cōfessis
pōt deueniri ꝑ se vel ꝑ accidens
directe vel indirecte: vel ꝑ quē
cunqꝫ aliū modū in aliquam co
gnitionē vl' dubitationē vl' opi
nationē vel suspicionē de cōfessi
one: vl' inquantū pōt ei euenire
detrimentū in anima siue i cor
pore siue in fama possessionibus
vl' amicis: l' pōt ꝓpt hoc scanda
lum in populo grauari: vel ꝯfes
sio magis odiosa vel nimis dila
ta: vel magis onerosa: vel nimis
preciosa reputari: debet cōfessor
ab hm̄oi locutionibus abstinere
et qꝛ raro vel nūꝙ̄ pōt ꝯtingere
quin ex reuelatione peccatoꝝ in
cōfessione scitoꝝ et nō ꝑ aliā viā
possit sequi aliquod de predictis
incōuenientibus: ꝙ̄uis forte nullū
cōtigat: debꝫ multū cauere ꝙ si
dicat peccata audita in cōfessio
ne: ꝙ̄tūcūqꝫ generalit loquat: l'
quomodo dicat. Hec Pe. Et ma
gister Umbertus dicit ꝙ cauen
dum ē ne vnꝙ̄ dicat quis in ser
mone vl' alia locutione. Ego au
diui hūc casū in cōfessione: nec
vnꝙ̄ etiā debet dicere ꝙ in illa
abbatia vel castro vl' villa vl' ci
uitate in quibus audiui cōfessio
nes fiūt multa peccata et hm̄oi.
qꝛ ꝓpter hoc credūt simplices ꝙ
hoc sit reuelare cōfessionē: ꝙ̄uis
nō reuelet ꝑ talia verba. Ne ex
hm̄oi locutione posset peccatum
alicuius deprehēdi dicēdo autē
Iste est mihi ꝯfessus sua peccata
nō est reuelare: qꝛ nil ponit i pa
lam. quia si dixerimus: qꝛ pecca
tū nō habemus ꝛc. Sed dicēdo
sibi cōfessum fuisse de magnis ꝛ
multis peccatis hoc ē reuelare cō
fessionem secundū Pe. Bona au
tem alicuius oꝑa que quis scit ex
cōfessione. puta qꝛ est virgo: vel
qꝛ nūꝙ̄ peccauit mortaliter ꝛ hu
iusmodi licet dicere: nisi quia ex
hoc ꝙ vnus laudat de huiusmo
di: quasi alterius peccatū reuele
tur cū nō laudat de eodē: qꝛ qd'
de vno dicitur de alio negatur
di. 25. c. qualis. Unde si de duo
bus cōfitentibus dicit cōfessor ꝙ
est virgo: essꝫ suspicio ꝯtra aliū
si idē nō diceret. Unde Petrus

de pal'. ista dicit. et magr Umbert' dicit simpliciter abstinendū ab hmōi locutionibus: addēs etiā q confessor debet cauere ne vnq per aliquod genus peccati ostēdat cōfitēti minorem familiaritatē l' signū mioris dilectionis. Alia que dicunt i pfessiōe nec pctā nec valētia ducere in manifestationē cōfitētis: puta q in tali terra sūt bona vina n ca dunt sub sigillo cōfessionis.

Quid fiendū quādo cōfessor indiget cōsilio sup vno casu.

cii octaui: cuius absolutio pape
reseruatur. Nec habẽt locum in
curia romana. Jo. an. Ante. de
butrio eam allegant.

De absolutõne et penitẽtie in
iunctione. c. 16.

Postq̃ vero penitẽs dixit ex
se peccata sua siue ex inter
rogatione cõfessoris interrogã
tis peccata sua vt debuit tandẽ
concludat. In istis peccaui et in
multis cogitatione delectatõne
locutione. opere et omissione: vł
aliquo de huiusmodi: de quibus
dico meam culpam. Cõfessor ve
ro interrogat eum si sit talis de
quo nõ dubitetur. quia tunc sup
fluũ et irrisibile. Si ipse dolet
de omnibus peccatis venialibꝫ
et mortalibus ꝯfessis: ⁊ si propo
nit firmit ab illis abstinere seu
ab omibus mortalibus. Si vero
talis habet aliqua restituere vł
famã vel res vel ꝓ iniuria satis
facere et huiusmodi: si ẽ paratus
facere q̃citius potest absqꝫ dila
tione aliqua. que restitutio quo
modo facienda sit: ⁊ quo ordine
quoad certa et incerta vide i se
cunda parte summe. titu. de re
stitu. ꝑ totum. q̄ si dicat se nolle
istud facere vł nõ posse: cum tñ
possit non ẽ absoluendus. Tho.
vt dicitur. ii. q. 3. c. tũc vera. po
test tamẽ sibi dici. Misereaẽ tui
et cetera. sꝫ nullo modo. Ego ab
soluo te. Potest etiam ei iniũgi
aliquod bonũ faciendũ nõ tamẽ
in penitentiam: declarãdo sibi
hoc q̄ infructuosa sit talis cõfes
sio ei et sine remissione peccato
rum. de peni. di. 5. c. falsas. Sꝫ
si paratꝰ ẽ facere omnia ad que
tenetur: tunc si esset aliqua excõ
municatõnis sentẽtia ligatus si
nõ potes eum absoluere ab illo:
remitte eũ ad episcopum seu ad
aliũ qui possit absoluere: vel tu
vadas ad procurandũ absolutio
nem ꝓ eo. et cũ est absolutus ab
excommunicatione postea tu eũ
absolue a peccatis et non prius.
Tho. Si antẽ potes eum absolue
re habẽdo in hoc specialẽ aucto
ritatẽ: si nõ absoluisti eũ in prin
cipio quod decẽtius fuit. nec tñ
est multa vis si fiat in fine ꝯfes
sionis: dũmodo fiat ante absolu
tionem a peccatis. absolue eũ ꝑ
hunc modũ. vt infra. Primo exi
gẽdum est ab eo iuramẽtum vt
sit paratus stare mãdatis eccl'ie
que illi fient pro illa causa. quo
iuramento prestito iniungat ei
hoc: scilicꝫ si incidit faciendo cõ
tra aliquem canonẽ ꝓponat nõ
amplius facere cõtra illũ. Si ve
ro pro offensa vel damno facto i
alium promittat satisfacere quã

tum potest. et hoc facto denuda
tis humeris: confessor seu absol
uens cū disciplina vl' virga ꝑcu
tiat eum dicendo psalmū Mise
rere mei deus secūdū magnam
mise. vel alium psalmū peniten
tialem dando ictum pro quolibꝫ
versu. Postea vero gloria patri
et sicut erat finitis subiungit.
Kyrieleyson Xpē eleyson Kyri
eleysō Pater noster. Et ne nos.
ver. Saluum fac seruum tuum.
Rñ. Deus meus sperātem in te.
ver. Esto ei domine turris forti
tudinis. Rñ. A facie inimici.
ver. Nihil ꝓficiat inimicus in
eo. Rñ. Et filius iniquitatis nō
apponat nocere ei. ver: Domine
exaudi orationē meam. Rñ. Et
clamor meus ad te veniat. ver.
Dominus vobiscum. Rñ. Et cū
spiritu tuo. Oremus. Deus cui ꝓ
prium ē misereri semꝑ et parce
re suscipe deprecatōnem nostrā
et hūc famulum tuū quē senten
tia excommunicatōnis ligatum
tenet miseratio tue pietatis ab
soluat Per christum dominū no
strum auctoritate omnipotentis
dei et beatoꝝ apostoloꝝ Petri ⁊
Pauli et domini pape: vl' archi
episcopi vel episcopi mihi cōces
sa ego absoluo te ab hoc vinculo
excommunicatōnis quā incurri
sti propter iniectōnē manus vio
lente in clericū vel religiosum:
vel propter ingressum in mona
steriū monialium in casu nō cō
cesso et huiusmodi. Et si plurib'
sententiis est ligatus: est dicen
dum totiēs ego absoluo te ab ex
communicatione quam incurri
sti propter talē et talem causam
et si pluries ꝓpter eādem causā:
dicendū ē totiēs quotiēs incurri

sti: totiēs ego absoluo te et resti
tuo te sāctis sacramētis ecclesie
et cōmunioni et vnitati fideliū
In nomīe patris et filii et spiri
tussancti. amē. verberādo eum
vsqꝫ amen. ¶ Nota tamē ꝙ ista
forma quāuis debeat obseruari
vt extra de sen. ex. c. nuper. nō
tamē ita necessaria quin simpli
ci verbo fieri possit secundū pe.
de palu. et Io. de lig. Sicut er
go excōmunicatio ferri pōt sim
plici verbo quāuis ñ debeat fie
ri. sic et absolutio. extra de re.
iur. c. omnis res. sed quando fie
ret huiusmōi absolutō ī publico
vt erga mulieres: forte tūc esset
omittēda huiusmōi verberatio:
ne denudetur peccatum.

Si vero quis propter rem abla
tam alteri esset excommunicat'
quāuis restituerit: nō tñ est abso
lutus: nisi iudex qui contulit sen
tentiā eum absoluerit. et hoc de
clarādū est ꝑsonis post absolutio
nem ab huiusmodi: vel si nō est
aliqua sentētia ligatus si habet
aliquos casus peccatoꝝ episcopo
reseruatoꝝ: de quibus non potes
absoluere: nihilominus absolue
eū ab illis a quib' potes sub hac
forma. Si teneris aliquo vincu
lo excommunicationis minoris
ego absoluo te et restituo te san
ctis sacramētis ecclesie In nomi
ne patris et filii et spiritussācti
Misereatur tui et cetera. Filius
dei per suam misericordiam te
absoluat: et ego auctoritate qua
fungor absoluo te ab omnibus pec
catis tuis a quib' possū te absol
uere In nomine patris et cetera
Peccata vero a quib' nō pōt eū
absoluere exprimat ei imponēs

ut habeat recursum ad episcopū
vł eius vicariū ꝓpter hmōi abso
lutionē et dicat ea sibi i ꝯfessiōe
ł si esset simplex et nesciret ita
bñ exprimere factū suū: scribat
cōfessor in cedula illud vel illa
si sūt plura vt illā portet penitēs
episcopo vł eius vicario sub hac
forma vel simili.
¶ Latorem vel latricē presētiū
ꝑ homicidio vel incestu tali gra
du et hmōi cōmisso: absoluendū
vestre paternitati trāsmitto: vt
absolutōnis beneficiū impendē
do ⁊ ei salutarē penitentiā iniū
gēdo ipsam sācte eccl'ie recōcili
etis. ꝙ si episcopus vel vicarius
remittat eū ad cōfessorē ipsum:
auctoritate illius iterū absoluat
ab omnib⁹ et imponat peniten
tiam ꝓ illo ꝓ quo nondū imposi
erat et cautū reddat illū ne illā
cedulā alteri legendā tradat: ł
etiā ipse cōfessor si potest vadat
pro eo ad episcopū pro auctorita
te: si sibi velit dare.
¶ Si vero ille nō habet casū de
reseruatis vel si habet et ꝯfessor
potest de oībus absoluere premis
sa absolutōne ab excōmunicati
one minori et aliis vt supra. Mi
sereatur ꝛc. Filius dei ꝛc. Ego
auctoritate qua fungor absoluo
te ab omib⁹ peccatis tuis In no
mine patris ꝛc. et faciat tunc si
gnum crucis cū dicit. In nomie
super illū: nec est necessaria ma
nus impositio super penitentē:
imo nec decens secūdum Tho.
precipue super mulieres: magis
eni decet signatio crucis et post
ea addat. Passio domini nostri
Jesu christi et merita beate Ma
rie virginis et omniū sanctoꝝ ⁊
sanctarū dei merita ⁊ quicquid
boni feceris vel ꝓponis facere ⁊
mala que sustinebis sint tibi in
remissionē omniū peccatoꝝ tuo
rum. que verba nō sunt omittē
da: quia sunt magne vtilitatis.
scilicet omnia huiusmodi cū ha
beant vim satisfactionis ex uir
tute clauiū ⁊ sic magis valent.
Tho.

De pñia iniūgenda penitēti.

In iniūgendo vero pñiam
penitēti hoc maxime attē
dendū est secundū omnes. vt. s.
talē des ꝙ credas eū omino pfi
cere quātūcunqꝫ sit magnus pec
cator. et secundū Chriso. melius
est in huiusmodi reddere ratōez
de nimia misericordia ꝙ̄ diuisa
insticia. 26. .q. 8. c. alligāt. Dā
do etiā libertatē ꝙ cū vna die
omittit. s. orationē iniunctā vel
ieiuniū: possit in alia implere.
Si vero dubitatur de aliquo ne
faciat penitentiā: puta ieiuniū.
dicas ꝙ faciat loco ieiunii elemo
synā vel aliud. Orationes vero
ꝑsonis que de facili solēt recidi
uare in mortali raro dāde sūt:
vel ꝑ paucos dies dāde sunt. Je
iunia vero elemosyne ⁊ peregri
nationes ⁊ huiusmodi possūt da
ri per plures dies. qꝛ huiusmodi
etiā si fiant in mortali nō sunt
reiteranda: quia valent quantū
ad effectū quem post se reliquūt
post expletionē in satisfaciente
cum quis reuertitur ad gratiā.
Tho. Querendū ē etiā a penitē
te si pōt vł dubitat facere peni
tentiā sibi datam: quia tunc nō
esset danda vel commutāda vel
remittenda esset.
¶ Declarandū est etiā peccatori
bus magnis secundū hosti. ꝙ se

cũdum regulas ecclesie taxatas
.23.q.1.c.predicandũ pro quoli
bet mortali esse septẽnis penitẽ
tia iniungẽda. ⁊ ideo nõ credat
peccata sua leuia: qꝛ parua daꝛ
ei penitẽtia: qꝛ hoc fit ne dimit
tat: quod esset ei mortale. ⁊ opor
teret ei ꝯfessionẽ iterare si esset
oblitus eius. Potest etiam admo
neri ꝙ faciat aliquod memoria
le de penitentia sibi iniũcta: vt
melius illius recordeꝛ. et si obli
uisceretꝛ ꝙ ad te reuertaꝛ: vel si
non posset bene facere illam: tu
cõmutabis eã sibi. Si vero post
ea recordatur de aliquo peccato
criminali: quo tunc fuit oblitus
si põt tui habere copiã reuertaꝛ
ad te: quãuis nõ sit ei necessariũ
vl' vadat ad aliũ: nec teneꝛ nisi
tantũ illud dicere.
¶ Si habet vota que nõ põt im
plere: vel dubitat si tu habes in
hoc specialẽ auctoritatẽ dispẽsa
vel potius in aliud piũ cõmuta.
Si vero nõ habes auctoritatem
remitte eũ ad epm̃ l' ei⁹ vicariũ
¶ Caue etiam ne iniungas peni
tentiã per quam fiat preiudiciũ
alieno iuri: aut per quã deꝛ occa
sio ruine spiritualis alicui: aut
per quam possit manifestari al
terius peccatũ occultũ. Confessũ
autẽ quantũ potes studeas ad cõ
tritionẽ iducere verbis: siue añ
siue in processu: siue post cõfessi
onẽ vt nõ dicat peccata sua qua
si fabulas: sed cũ detestatione.
et vt ait augusti. caute et astute
aliquãdo interrogando que cre
dit illũ ex verecũdia occultare.
Circa vero turpia ⁊ carnalia pec
cata nõ descẽdas nimis ad par
ticulares circũstantias postꝙ̃ ha
betur spes sufficiẽs peccati et hu
iusmodi a remotis interrogãdo
ne addiscãt homines malicias ⁊
peccata que nesciunt. Tho. Ad
monendũ eũ sup omnia vt vitet
malas societates. frequẽtet ꝯfes
sionẽ. audiat sepe verbum dei.
querat orationes et participatio
nes bonoꝝ que fiũt in religioni
bus et indulgentias.

De infirmis .c.17.

Circa infirmos sic agẽdum
est. Aut enim talis ẽ in pe
riculo mortis aut nõ. Dico autẽ
periculũ mortis nõ solũ qꝛ in ex
tremis constitutus: sed quia fre
quenter cõtingit homines mori
ex illa infirmitate et medici du
bitant. In tali casu potest quili
bet absolui a quolibet sacerdote
de quolibꝫ peccato et a qualibet
sentẽtia absqꝫ licẽtia: cũ pericu
lum ẽ in mora. Talis eñi infir
mus aut iam amisit loquelã: vel
vsum rationis. puta quia iã fre
neticus: aut nõ: et in primo casu
si bene viuebat: ut bonus fidel':
et frequentabat ꝯfessionẽ cõmu
nionem et huiusmodi: si petierit
sacramẽta: quãuis ex insperato
ei talia acciderint. Uel etiam si
malus et obstinatus diu perseue
rans in peccatis et diu nõ cõfes
sus: si petit sacerdotẽ ut cõfitere
tur et ostẽdit se velle facere oĩa
que debet: et interea factus est
mutus vl' freneticus et periculũ
est in mora debet presupponi cõ
tritus: et faciente aliquo ꝯfessio
nem generalẽ pro eo sicut fit in
populo: sacerdos faciat absoluti
onem ab omni sententia et pec
cato: et põt iniũgere circũstanti
bus aliquod pro eo faciendũ: vl'
heredibus aut cõsanguineis pro
eius anima si volunt acceptare

Deinde debet dari eucaristia a
proprio sacerdote seculari q̃uis
nõ sit cõfessus. q² nõ potuit. ł ab
alio sacerdote seculari non autẽ
religioso si nõ habuit licentiã a
ꝓprio sacerdote vł episcopo. alˀs
ipẽ religiosus incideret in excõ
municationẽ papalẽ in hoc casu
et hoc verũ ẽ nisi timeret de ex
puitione vel vomitu eius: q² tũc
nõ deberet sibi dari eucaristia:
sed extrema vnctio tm̃: imo etiã
si nõ potuit cõmunicare: q² ꝓpt
frenesim nõ ꝑmitteret se vngi:
potest ligari et sibi violẽter da
ri. Astãtibus aũt infirmo debꝫ
credi si perhibẽt testimoniũ ꝙ
petierit cõfessionẽ et ostenderit
signa cõtritionis. Si aũt nõ est
diu cõfessus: ł quia notorius pec
cator incurrit subito amentiã ⁊
mutitatẽ ł infirmitatẽ: nec priˀ
nec post ostẽdit signa ꝯtritõnis
nil ei dari debꝫ: nec sacramẽta
nec ecclˀiastica sepultura. Si ve
ro nec loquelam amisit nec amẽ
tiam incurrit: debet ab eo exigi
pura cõfessio peccatorum plus et
minus secũdum ꝙ patit tẽpus.
Nam si ẽ in extremis: de princi
palibus est interrogandũ: ꝑma
xime inducẽdo eũ ad cõtritionẽ
cũ spe venie: sꝫ si nõ est ita in ex
tremis: ⁊ vellet facere generalẽ
cõfessionẽ de tota vita sua sicut
multi infirmi fecerũt: quãuis nõ
sit necessariũ de his que rite ali
as cõfessus ẽ iterare cõfessionẽ:
admittẽda ẽ. et tandẽ absolutio
impendẽda ab omni sententia ex
cõmunicationis ⁊ ab omni peca
to modo supra dicto in .c. prece
denti. ita tamẽ ꝙ si ligatus essꝫ
aliqua excõmunicatõne a qua cõ
fessor extra illud periculũ nõ po
tuisset absoluere: debꝫ ei iniũg
ꝙ si euadat infirmitatẽ quãciti
us cõmode põt presentet se ei ad
quẽ ordinarie spectabat absolu
tio illius excõmunicationis ali
as si nõ faceret reincideret ĩ eã
dem excõmunicationẽ. extra de
sen. excõ. c. eos. li. 6. Sed si erat
detẽtˀ aliquo peccato de casibˀ
episcopo reseruatis nõ oportet ꝙ
iniũgat ei ꝙ post sanitatem ad
episcopũ vadat ꝓ absolutõne: q²
ad illud nõ tenet: sꝫ sufficit sibi
illa absolutio.

Nota tñ ꝙ si talis esset vsurari
usˀ publicus: nõ põt talis admitti
ad ꝯfessionem cõmunionẽ et ad
alia sacramẽta: nisi facta prius
cautione de restitutõne vsurarꝫ
vel ꝓmissione ab heredibus de
huiusmodi: et si in casu ꝙ amisis
set ipse loquelã: vel vsum ratõis
ostẽdat post signa ꝯtritionis se
cundũ formã iuris que habet in
c. quãꝙ. de vsur. li. 6. His pera
ctis nõ est penitẽtia infirmo in
iungẽda: q² eã facere nõ posset:
sed innotescẽda. vt dicit. 26. q.
.7. c. ab infirmis. declarando si
bi: talẽ tibi darẽ penitẽtiam si
esses sanus: quãuis deberes face
re multo maiorẽ secundũ regłas
ecclesie. sꝫ q² nõ potes modo: cũ
eris sanus facies hoc vel illud vł
venies ad me ⁊ tibi dabo. Istud
tamẽ vltimũ ñ videt securũ: q²
raro reuertũtur pro penitentia.
Si vero deus aliter de te dispo
neret: dimittas ꝓ anima tua tm̃
pro penitẽtia. Põt etiã iniungi
amicis ł cõsanguinneis aliquid
ꝓ penitẽtia: si vterqꝫ acceptat et
si credat ꝙ satisfaciẽs sit in sta
tu gratie. sup omnia enĩ auisan
dus ẽ. vt si debꝫ aliquid alicui ł

ratione maleficiĩ vel cõtractus:
vel depositi: vel aliter declaret
bene: vt non discedat cũ alieno
ab hoc seculo ne ineternũ dãne
tur. Et de restitutõne et legatis
ad pias causas ꝓ anima sua ita
disponat ꝙ cito cogant executo
res expedire et non prolongare
sicut sepe et quotidie faciũt. ꝙ si
nolet sufficienter disponere de re
stitutione fienda: nõ est absoluẽ
dus. Exhortãdus est autẽ ad con
tritionẽ simul et cõfidẽtiam di
uine misericordie exẽplo latrois
et meritis passionis Christi. Si
aũt haberi nõ possit copia sacer
dotis: quãuis bonũ sit haberi in
hmõi periculis: in mari videlicꝫ
bello vel infirmitate vel morte
violẽta laico cõfiteri: tamẽ non
ẽ necessariũ. quod si fiat: et quis
euadat: tenet talis iterũ de illis
oibus peccatis cõfiteri. qr nõ ha
bebat ille claues ecclesie. Si ve
ro infirmus nõ est inpericulo mor
tis si habꝫ casum excõmunicatõ
nis: vl' peccata reseruata epõ de
bet ꝯfessor ire vl' mittere ad epi
scopũ si põt ꝓ auctoritate hmõi:
tñ modo tali ꝙ nõ ꝓdat peccato
rem: nisi prius ille sibi dederit
licentiã nominandi eũ. Si vero
infirmus habet indulgentiã in
articulo mortis a papa appropin
quante morte sic põt fieri absolu
tio post omnia supradicta ꝓ dic
ta indulgentia.

Forma absolutionis in articu
lo mortis.

Misereatur tui ⁊c. Auctoritate
domini nostri Iesu christi:
et beatoꝝ apostolorum Petri et
Pauli ⁊ domini nostri pape. N.
et sancte romane ecclesie in hac
parte tibi cõcessa specialiter et
mihi commissa cõcedo et do tibi
plenariã indulgentiã ⁊ remissi
onem omniũ peccatoꝝ tuoꝝ: de
quibus ore cõfessus es.

¶ Nota hic an melius sit dicere
de quib' modo ꝯfessus es an de
quibus ore ꝯfessus es et corde cõ
tritus: que non cõmisisti sub pre
textu istius indulgẽtie inquãtũ
claues ecclesie se extendunt. que
quidem plenaria indulgẽtia sit
tibi in augmẽtũ virtutis ⁊ gre:
et acquisitõis vite eterne In no
mine patris et filii et spiritussã
cti Amen.

Forma absolutõnis ab excom
municatione minori.

EGo te absoluo a vinculo ex
communicationis quã incur
risti participãdo cũ excõmunica
tis in casu nõ cõcesso: in loquela
in cibo vel potu et hmõi: et resti
tuo te sanctis sacramentis eccle
sie In nomie patris et filii et sp
iritussancti Amen.

¶ Nota vero ꝙ in absolutõe ab
excõmunicatione maiori debet
primo exigi iuramentũ. vt. s. iu
ret stare mãdatis eccl'ie: que. s.
fiẽt ei ab absoluente ꝓ tali mate
ria: quo facto imponi ei debent
mãdata rationabilia: vt satisfa
ciat ei quẽ lesit vl' dãnificauit si
põt: si tamen ꝓ hmõi est excõmu
nicatus. precipue ei iniũgẽdum
est ne amplius veniat cõtra illũ
canonẽ. v' si fuit excõmunicatus
propter verberationẽ clerici: nõ
amplius verberet. Secũdo excõ
tus hũeris absoluẽdus debet ver
berari cũ virga dicẽdo psalmũ
Miserere mei deus. vl' aliũ psal
mũ pñialẽ ad quẽlibet versum

dando unum ictum. Postea sub
iūgat Pater noster. Et ne nos.
Saluū fac seruū tuū ⁊c. ꝓut pau
lo ante notatū est. Deus cui ꝓpri
um ē misereri ⁊c. tandē habens
auctoritatē absoluat sic dicēdo.
Auctoritate dei omipotētis ⁊c.
prout supra plene dictum est.

Forma absolutionis a pec
catis excōmunicatōnis minoris

SI teneris aliquo vinculo ex
cōmunicationis vel partici
patōnis a qua possum te absolue
re: ego absoluo te ⁊ restituo te sā
ctis sacramētis ecclesie In noie
patris ⁊c. Dn̄s noster Jesus chri
stus te absoluat et ego auctorita
te qua fūgor absoluo te a pecca
tis tuis In nomie patris ⁊c. oīa
bona que feceris vł facies et quic
quid pateris vel patieris sit tibi
in remissionem peccatorum tuo
rum omnium et in augmētum
gratie et premium vite eterne.
Amen.

Forma sacramēti baptismatis.

EGo te baptizo In no. pa. ⁊
fi. ⁊ spi. sā. amē. Tho. i. 4.
ego et amē nō sūt de substātia
sacramenti: tn̄ dici debēt ex sta
tuto et ɔsuetudine ecclesie. Sed
si dubitat. Si es baptizatus: nō
te rebaptizo: si nō es baptizatus
ego te baptizo In nomie patris
et filii et spiritussancti amen.

Forma ɔsecrationis seu chris
matis dande per episcopum.

COnsigno te signo crucis: ⁊
chrismo chrismate salutis.
In no. pa. et fi. et spi. san. amē.
In frōte det et cū chrismate ɔse
crato ab epō. Tho. in. 4.

Absolutio a peccatis.

EGo te absoluo a peccatis tu
is In nomine pris. et fi. et
spi. san. amē. Omnia vero alia
sunt ad bene esse. Tho.

Forma extreme vnctionis. et
primo ad oculos.

PEr istā sanctā vnctionem
et suā piissimā misericordi
am parcat tibi dn̄s quicquid per
visum deliquisti. secūdū ordinē
fratrū predicatoꝝ. vł sic secūdū
clericos seculares. quicquid vici
orū oculo deliquisti. Inūgo ocu
los tuos isto oleo sanctificato in
no. pa. ⁊c. Tho. in. 4. sed seruā
da est prior. s. Gregoriana. ⁊ fi
enda ē vnctio in sex locis corpo
ris ad minus. ¶ Primo in vtris
q3 oculis dicēdo vt supra. ¶ Se
cundo in utrisq3 aurib9 dicēdo.
Per istam ⁊c. vt supra ad illud.
quicquid et exinde sic deliquisti
per auditum vł auriū vicio deli
quisti. ¶ Tertio in naribus dicē
do per istam ⁊c. quicquid ꝑ odo
ratum vł nariū vicio deliquisti
¶ Quarto in ore clauso dicēdo.
per istam ⁊c. quicquid ꝑ gustū
deliquisti vł quicquid oris vicio
deliquisti.

¶ Quinto in vtrisq3 manib9 ab
intro in palmis dicēdo per istā
⁊c. quicquid deliquisti ꝑ tactum
vel tactus vicio.

¶ Sexto in pedibus ambob9 in
parte superiori dicendo per istā
⁊c. quicquid deliquisti ꝑ gressū
vel incessum vel recessum vł ta
liū vicio deliquisti. Clerici secu
lares addūt septimum ad lūbos
que fieri debet vbi ē cōsuetudo:
licet nō vtat ordo predicatorum
erga fratres: et fit in renibus di
cendo per istam ⁊c. quicquid lū
borum vel ꝑ carnis vicium deli
quisti. et dū fiunt vnctiones: di
cantur hec verba semel tantū.

Forma cōsecrationis corpo ris christi.

Hoc ē secundum tho. in. 4. hoc est eni corp⁹ meū. enī tū non ē de substātia ꝯsecratōis nihilominus tū nō debet omitti alias peccaret mortaliter.

Forma ꝯsecratōis sāguinis.

Hic ē enim calix sanguinis mei noui et eterni testamē ti misteriū fidei qui ꝑ vobis et ꝑ multis effūdet in remissionē pec catorū. Omia enī verba hec sūt de substātia ꝯsecratōnis preter enim secundū Tho.

Forma ordinū in primo.

Qui cū sint septē secundum Tho. quilibz hz suā formā. ¶ Sciendū est secundū tho. i. 4 ꝙ tūc imprimit caracter seu re cipit ordo cū porrectū istrumen tū illius ordinis tanꝙ materiā ab epō dicēte formā illius ordis tāgit manū ordinātis ad illum finem.

Forma ostiarii.

Illis qui ordinātur ad hūc ordinē tradit epūs claues eccl'ie dicēs. Sic agite quasi red dituri deo ratōnē ꝑ his reb⁹ que his clauibus recludūtur. Archi diaconus vero ostium eccl'ie fa cit illos tāgere.

Forma lectoratus.

Huic tradit epūs codicē de quo lecturus verba sicut ꝓ phete. vt missale vl' epistolariū librū dicēs. Accipite ⁊ estote ver bū dei: lectores habituri: si fide liter ⁊ deuote impleueritis offici um vestrū partē cum his qui ver bū dei ab initio ministrauerūt.

Forma exorcistatus.

Huic tradit epūs libellū in quo scripti sunt exorcismi l' illū vbi exorcizat aqua bn̄dicta vl' aliū dicēs. Accipite et cō mē date memorie et habetote ptātē imponēdi manū sup energumi nos siue baptizatos siue cathecu minos.

Forma accolitatus.

Huic tradit epūs ceroferari um. i. cādelabrū dicēs. Ac cipite ceroferariū cū cereo et sci atis vos ad accedēda luminaria eccl'ie mancipati. Accipiat etiā vrceolū vacuū ab archidiacono dicēte epō. Accipite vrceolū ad effūdendū uinū et aquā in euca ristiā sanguinis christi.

Forma subdiaconatus.

Huic daṫ calix vacuus cum patena ab epō: et vrceolus cū aqua et manili. i. bacili ⁊ ma nutergio ab archidiacono dicē te. Uidete cuius misteriū vobis tradiṫ: ⁊ ideo si vsqz nūc fuistis tardi ad eccl'iā: āmodo debetis esse assidui. Si vsqz nūc fuistis somnolēti: āmodo vigiles. Si vs qz nūc ebriosi: āmodo sobrii. Si vsqz nūc inhonesti: āmodo casti Oblatōnes que ueniūt in altari panes ꝓpositōnis appellātur: de ipsis oblationibus tantū debēt poni in altari quantū possit po pulo sufficere ne aliquid putridū in sacrario remaneat. Palle ve ro que sūt ī substratoria altaris in alio vase debēt lauari. i alio corporales et palle. Ubi aūt cor porales lote fuerint: nullū aliud lintheamen debet lauari. Ipsa debz i baptisterio mergi. Ideo admoneo vt vos exhibeatis ita vt deo placere possitis.

Forma diaconatus.

H Uic tradit episcopus librū euāgelioꝝ dicēs. Accipite potestatē legēdi euangeliū i ecclesia dei tā ꝓ viuis ꝙ̄ ꝓ defunctis In nomine dn̄i amē. ¶ Item epūs ponit manū sup caput eius dicens. Emitte in eū quesumus spiritūsāctū ꝛc. ¶ Itē dat ei stolā dicēs. Accipite stolā. vt patꝫ in pōtificali. In datione tantū euāgelioꝝ libri secūdū Tho. caracter imprimitur.

Forma presbyteratus.

H uic epūs tradit calicē cū patena preparata. i. cū uino i calice ⁊ hostia in patena. al's nō recipet caracterē secundū Tho. Si nō esset preparata dicēs. Accipite potestatē offerre sacrificiū deo missāqꝫ celebrare tā pro viuis ꝙ̄ ꝓ defunctis In nomie domini amē. ¶ Itē ab episcopo imponit̄ manus sup ordinandū: et om̄es sacerdotes cū eo ibi presētes dicēte ipso epō. Oremus dilectissimi dn̄i ꝛc. vt in pōtificali. Pe. de taratāsio dicit ꝙ in impositōne manuū imprimatur caracter. Primū tn̄ verius ē et cōmunius secūdū Tho. in porrectōne calicis preparati. ¶ Item inungūtur manus sacerdotis cū ordinat̄ ab epō dicēte. Cōsecrare ⁊ sanctificare ꝛc. Itē aptat sibi stolā sup hūeros dicēs. Accipite iugū dn̄i ꝛc. ¶ Itē uestit eū cū casula. i. planeta dicēs. Stola inocētie ꝛc. ¶ Nota ergo ꝙ si primū fuerit omissū. i. porrectio calicis preparati: totū debet iterari quasi nihil sit factum. Si vero istud fuerit obseruatū ⁊ aliquid de predictis aliis fuerit omissū: nullo modo debet iterari ordinatio: sꝫ quod omissū est debet suppleri ab epō in alia ordinatione et interim nō celebret.

Forma sacramēti matrimonii.

On ē determinata. Est autē forma illa expressio cōsēsus ꝑ verba vnius in alterū ꝯiugū. vt accipio te in vxorē: vl' accipio te in virū: l' cū interrogat̄ si vult talē in vxorē vel virū: et r̄ndet ꝙ sic. vel si nō pōt loqui ꝑ scripturā ul' alia signa exprimētia consensum.

Explicit tertia pars et ꝑ ꝯn̄s totus tractatus siue sūmula de confessore cū interrogationibus fiēdis reuerēdissimi fratris Antonini Florentie archiepiscopi. Eiusdē incipit. c. i. de restitutōnibus in genere in quo ponūtur .20. manus rapientiū: quarum quelibꝫ habet quīqꝫ digitos seu modos: et sic sunt centū modi in quibus fit restitutio vel erogatō vt patꝫ in. 2. ꝑte sū. ti. 2.

d E prima manu feneratoria potest intelligi illud quod habet Apo. 17. Uidi mulierem sedentem super bestiā coccineā. i. diabolū habētem in manu eius poculū aureū Hec mulier est cupiditas que in manu. i. in opere vsure habꝫ diuitias quas sitit: sꝫ nō extinguit̄ eius sitis: sed solū delectat̄ inuidendo. Hec autē quinqꝫ modos sicut manus habet quinqꝫ digitos. ¶ Et primus ē in pignorib' quando. s. quis pro mutuo alteri facto recipit pign' ab eo rei mobilis. vt vestimentū seu lucrum equi seu huiusmodi: aut immobi

ſis vt poſſeſſõez: ex qua capit fructum ſeu lucrũ nõ cõputãs in ſortem: quod vſura eſt: niſi in caſu cũ gener a ſocero: quouſqꝫ habeat ab eo dotes ſuſtinens onera mr̃imonii accipit poſſeſſõnẽ ab eo ĩ pignus. extra de vſur. c. ſalubriter. Et de hoc diffuſe in. 2 parte ſumme. ti. i. c.

¶ Secũdus digitus ſeu modus ẽ in depoſitionibus. cũ. ſ. quis deponit pecuniã apud mercatorẽ: vel campſorẽ vt vtatur ea: ſaluo tamẽ capitali ſuo ⁊ cũ intẽtione principaliter aliquid ꝑcipiendi vltra ſortẽ: nulla tñ facta pactione ſuꝑ hoc etiã vſura eſt. 14. q. 3. ſi feneraueris. et de hoc ĩ. 2. parte ſũ. ti. i. c.

¶ Tertius modus in emptõnib⁹ et vẽditionibus. cũ. ſ. vẽdit merces vltra iuſtũ preciũ et ratione dilationiſ tp̄is in ſoluẽdo preciũ et hoc in ſe rẽ illã intẽdebat ſeruare in futurũ qñ tm̃ quantũ vẽdit vel plus ſperabat valiturã. Similiter quãdo rẽ emit minus iuſto: eo ꝙ anticipat tẽpus ſolutionis precii anteꝙ̄ recipiat mercem: vtputa tꝑe veris triticũ recolligendũ. Et hoc niſi dubium eſſet vtrũ plus minuſue ſit res illa valitura. de hoc extra de vſu. c. in ciuitate. et. c. nauigãti. et de hoc diffuſe ĩ. 2. ꝑte ſũ. ti. i. c.

¶ Quartus in campſionibus ⁊ fictis aſſecurationibus. vt in cambiis que dicũtur ꝑ venetias ⁊ cãbiis que fiũt in romana curia ꝓ bullis: que ſunt uere mutua cum vſura: et cũ ipſemet ſibi ſatiſdator ſimulatus et verus mutuator eſt. ar. 14. q. 3. c. pleriqꝫ. Et de hoc in. 2. parte ſum. ti. i. c.

¶ Quintus ĩ mutuis cũ expreſſis lucri pactionib⁹ ſiue in pecunia ſiue in opib⁹ ſiue in aliis que precio pñt eſtimari. ar. 14. q. 3. c. putãt: et de hoc ĩ. 2. ꝑte ſũ. ti. i. c.

Manus raptoria ẽ que manifeſte rapit aliena manu violenta id ẽ raptoria eripit pauperẽ. ſ. deus. Thob. 25. et habꝫ quinqꝫ digitos ſeu modos.

¶ Primus ꝯſiſtit ĩ vſurpatis dominiis ciuitatũ caſtroꝝ ⁊ villaꝝ ex quib⁹ omne emolumentũ qđ inde ꝑcipit rapina eſt.

¶ Secundus ẽ in taliis iniuſtis. qñ. ſ. domin⁹ ciuitatis imponit collectas vltra debitũ ꝯſuetudiſ uel ſtatuti: ſꝫ vicia indebita oꝑarũ exigit et nõ ſoluit eis de labore: uł ſi ciuitas eſt libera quãdo nõ ꝓ rata imponunt ciuibuſ: ſed nimis aliquos grauant.

¶ Tertius eſt in pedagiis et gabelliſ illicitis: quãdo. ſ. imponũt domini terrarũ ł ciues noua pedagia ſine licẽtia principis: vel etiam ſi antiquata vel noua cũ licẽtia nõ ſeruãt vias ſuas cũ tñ poſſent.

Quartus in latrociniiſ terreſtribus vł maritimis vł piratis qui diſcurrũt mare predãdo ex naufragio etiã in mare ꝓiecta ſibi accipere ad rapinã ꝑtinet: ł etiã de repreſaliis illicitis de quibuſ in. 3. parte. ti. 2. c.

¶ Quintus in ꝑſonis capiẽdis ⁊ vendẽdis que libere ſũt ſeu chriſtiane. nã ⁊ ſi pagani ſeu ſarraceni capti in bello iuſto efficiantur ſerui capiẽtiũ: vñ ⁊ vẽdi pñt vt ſerui et emi: nõ tñ chriſtiani debẽt ergo iſta reſtitui ſi pñt ut dicit augu. 14. q. 6. c. ſi res. de his habes in ſecunda parte ſumme. ti. i. c.

Manus furatoria ē cū quis acci pit occulte aliena nesciente dn̄o apo. Qui furabat̄ iā nō furet̄: sꝫ magis opet̄ manibus suis. Fur videt̄ opari manibus alienis in quātū accipit lucrū de manibus alienis. ⁊ hec manus habꝫ quin qꝫ digitos. ¶ Primus ē inuētoꝝ detētione. qn̄. s. quis res alteri᷒ inuētas que nō habētur ꝓ dereli cto sibi retīet. 14. q. 4. c. si quid et de hoc habes in. 2. . pte. ti. i. ¶ Secūdus ē in illicita prescrip tione. qn̄. s. quis prescribit alie na mala fide. sciens. s. illa esse aliena nec aliquo iusto titulo ha buisse. c. possessor. de re. iur̄. in 6. de hoc habes i. 2. pte sū. ti. i. ¶ Tertius ē in rei pignorate cō modate vl' deposite vsu. s. qn̄ do minus rei nō ꝯsentit et tenet̄ de vtilitate inde habita et si amit teret ex culpa sua tenet̄ reddere Ray. de hoc in. 2. pte sū. ti. i. ¶ Quartus in occulta rerū vsur patione. siue hoc fiat a filiis de rebus parentū: siue ab vxore de reb᷒ viri ipso nesciēte: siue a ser uis de rebus dn̄oꝝ suoꝝ: a dispē satoribus de rebus patronoꝝ su oꝝ: siue a discipulis de reb᷒ ma gistroꝝ suoꝝ: siue ab extraneis de rebus aliorū: etiā si hoc face rent dādo inde elemosynas pau peribus: nisi i extrema nccitate ꝯstitutis. 14. q. 4. c. forte. de hoc in. 2. pte. ti. i. per totū. ¶ Quin tus in religiosa appropriatione. qn̄. s. religiosus aliquid recipit: vel nesciēte prelato suo vel alte ri dat ꝓpinquo vel extraneo: vl' cū occultat et vt propria retinet acquisita p eū l' data nō parat᷒ superiori libere assignare. 12. q. i. c. nō dicatis. et de hoc habes i . 3. parte. ti. c. ¶ Manus bellato ria ē vbi. s. rapiūtur et furta et rapine et sacrilegia. Manū suā misit hostis. s. bellādo ad oīa desiderabilia. Desiderabilia au tē sunt blada. pecunie edificia. vasa aurea tēpli et alia ornamē ta: ipsum templū ad quod misit manū exercit᷒ Nabuchodonosor bellās ꝯtra hierosolimā rapien do. incendēdo et destruendo. et hec manus habꝫ quinqꝫ digitos seu modos. videlicet. ¶ Primus ē cū dn̄s l' coītas aliqua assumit iniustū bellū. nā qui ad hoc con currūt adiuuādo ꝯsulēdo coopā do de oībus dān̄is illatis aduer sariis etiā si nihil inde ꝓuenirꝫ ad eos tenentur satis facere. 14. q. 5. c. non sane in fine. ¶ Secūdus est ꝙ tenet̄ de oībus dān̄is et expēsis quas patiuntur subditi sui qui inuolūtarii sunt et coacti. nā vltra expēsas quas faciunt aliqn̄ ab aduersariis de bellātur et capiūtur ipsi ⁊ bona eoꝝ. Varius ē eni belli euentus. vt. c. si culpa. extra de iniur̄. et dā. da. ¶ Tertius ē qr qui hꝫ iu stū bellū ea que capit ⁊ destruit vl' hoc facere pmittit suis sicut coīter faciūt satis facere tenēt̄. 23. q. i. c. militare. bona aūt ca pta iuste ab inimicis que debēt cōdiuidi occultādo ⁊ retinendo sibi furatur. 23. q. 5. c. dicat. ¶ Quartus ē cū iuste bellans ra pit bona eccl'iarū nō incastella tarū: aut bona clericoꝝ ꝯtrarie partis: vl' etiā viatores peregri nos et alios innocētes. di. 86. c. singulis. ¶ Quintus ē qn̄ habēs iustū bellū ex sua inertia ⁊ cras sa negligētia n̄ defēdit suos cū posset. et precipue cū est ꝯduct᷒

mercede ad bellandū et similiť
cū posset debellare inimicos: et
sic finē facere guerre vt plus lu
creť ex duratione prelii vł quia
corruptus ab adversariis non fi
delit gerit negociū teneť. extra
de iniur. et dā. da. c. si culpa. ⁊
de his oībus habes in. 3. parte.
ti. 2. c. de bello.

¶ Manus dānifica vsatoria dici
tur. ꝓuer. 16. Si manus ad ma
nū fuerit nō erit innocēs man⁹
et qn̄ una manus non sufficit ad
vnū opus: alia iuvat. sicut aliqn̄
si vnus nō sufficeret ad rapiēdū
vel furandū vel dānificandum
aliū: et tūc adhibet adiutorium
alter: et hec ē manus ad manū
adiūcta. et tał quāuis nō sit pri
cipalis vł nil ꝑueniat de rapia:
vel dāno ad eū: tn̄ teneť. Et qꝛ
nō est innocēs: sꝫ in causa. ⁊ hec
habet quinqꝫ digitos qui ɔtinē
tur in hoc versu.

Iussio. cōsiliū. cōsensus. palpo.
recursus. ¶ Pͥm⁹ ē cū quis mā
dat fieri rapinā. furtū. vsuram
vł aliud damnū: et ex hoc sequi
tur effectus dāni: quod alias nō
fuisset factū: tał teneť in solidū
etiā si nil ꝑuenit ad eū. Sic ⁊ tu
tor ⁊ ꝓcurator et factor qui ꝓ pu
lis vel ꝓ aliis faciūt ɔtract⁹ vsu
rarios tenētur si illi ꝓ quibus fe
cerūt nō satisfaciāt cū sint prin
cipaliores.

¶ Secūdus qn̄ cōsulit ita ꝙ ex il
lo sequiť damnū quod ał's nō fu
isset factū: talis etiā teneť in so
lidū etiā si nil ꝑuenit ad eū. Si
autē fuissꝫ factū etiā sine illo cō
silio et aliquid plus factū est: ad
illud plus teneť. Inno. et hosti.

¶ Tertius ē cōsensus. s. coopatio
nis nō mētis tantū. puta qn̄ vn⁹
vł plures faciūt aliquod furtū ł
damnū simul: ita ꝙ vnus nō fa
ceret sine altero: teneť quilibet
in solidū. secus cū etiā sine illo
factū fuisset: tn̄ cū alias se repit
ad damnificandū: tūc eni tene
tur solū de dāno illato ꝑ eū qui
etiā est mediator sciēter alicui⁹
cōtractus fraudulēti: vt sensales
tenētur tales de damnis.

¶ Quart⁹ ē palpo. s. cū quis adu
lādo seu laudando aliquē de fur
to vel de dāno. s. ꝙ sit strenuus
ex hoc inducit eū ad faciendum
malū qui alias nō fecisset. ⁊ idē
si detrahēdo eū ad hoc inducit.

¶ Quintus ē recursus. i. cū quis
receptat fures et damnificātes.
et ex hoc sequūtur dāna vł etiā
raptā rē cū queriť: ⁊ ipse occłtat
ꝓpť quod nō pōt recuperare. Offi
cialis etiā qui pōt sine sue ꝑsone
ꝑiculo obstare ne fiat dānū ł ra
pina: manifestare fures ⁊ abla
ta et non facit: teneť. hoc Tho.
Alb. Pe. Ric. i. 4. di. 15. Inno.
Ray. et Uul. de his i. 2. ꝑte sū.

Manus participatoria. s. de re
furata vel vsuraria: ⁊ de hoc po
test intelligi illud Ione. 3. Rece
dat vnusquisqꝫ ab iniquitate que
in manu sua ē. et hec habet qui
qꝫ digitos.

¶ Primus ē participādo de his
ꝑ donationē. talis eni cui dona
tur cū hoc scit debꝫ reddere do
mino eius rē ablatā. donū autē
datū ab vsurario cū omia bona
sua sint obnoxia restitutōi tene
tur etiā reddere vel sibi: vel his
potius quibus vsurarius habꝫ re
stituere. ¶ Secūdus ē ꝑ victiati
onem. Familia eni raptoris vel
vsurarii uel vxor vel filii qui nō
habēt nisi de rapinis vel vsuris

tenētur satisfacere de ꝯsūptis:
sȝ habeudo etiā alia bona come
dēdo: vel vtēdo rebus male abla
tis i prima specie tenetur de eo
quod ꝯsumit. Ray.
¶ Tertius ē ꝑ dotationem. filia
eni que dotat ꝑ eū qui ñ hȝ nisi
de vsuris l' al's male ablatis: ma
ritus qui hoc nouit nō pōt recipe
dotē: et receptā tenet restituere
creditorib⁹ soceri: et ipsa etiā fi
lia mortuo marito tenet restitu
ere dotes. Ray. de hoc i. 2. pte
sū. ti. i. c. ¶ Quartus ē parti
cipādo de re rapta l' furata per
emptionē. qui eni emit talia sci
enter l' ignorātia facti crassa te
net restituere cū iuenerit dñm
rei: vel paupibus erogare si illū
ignorat. Si etiā talia emit, pba
biliter estimās eē vēditoris post
ea sciēs fuisse ablata tenet nihi
lomin⁹ dño reddere si cognoscit
vel paupib⁹ rē l' preciū erogare
si nō inuenit. Ray. et de hoc in
. 2. parte sum. ti. i. c.
¶ Quint⁹ ꝑ legatū l' hereditati
onē. Intelligit enim hereditas
deducto ere alieno. Heres ergo
vel legatarius ei⁹ cui⁹ bona sūt
obnoxia restōni: l' ex ꝯtractu vel
ex quasi maleficio furti. fraudis
et vsure et hmōi. vel quasi oia te
nentur restituere de tali heredi
tate l' legato. extra de vsu. c. mi
chael. ¶ Man⁹ sacrilega. vide
licȝ vsurpatio circa sacra ⁊ eccl'i
astica. iob. 15. Tendit aduersus
deū manus. i. sacrilega. Hec est
man⁹ sacrilegi nichanoris quā
extēdit cōtra tēplū dei ꝯminat⁹
ipsū fūdit⁹ destruere: sȝ ipō occi
so suspēsa ē ⁊ lingua auida Ma
chabeo ꝯtra tēplū. 2. Machab.
. 15. et hec habet. 5. digitos.

¶ Prim⁹ ē cū auferūtur sacra. ut
calices et paramēta. cruces. reli
quie et alia hi⁹ ¶ Secūdus ē qñ
auferūtur aliqua: et si nō sacra:
tñ de loco sacro. vt i eccl'ia. ⁊ de
vtroqȝ. 17. q. 4. c. quisquis.
¶ Terti⁹ ē qñ fit incēdiū l' effra
ctio i loco sacro. i. iiuriose. tene
tur etiā satisfacere: ul' etiā infe
rūt alia dāna eccl'iis l' ꝑsonis ec
clesiasticis. ut exigēdo gabellas
et pedagia. extra de cēsi. c. quā
ꝙ in. 6. aut imponēdo collectas.
extra de iniu. ⁊ dā. da. c. aduer
sus. aut faciēdo represalias ꝯtra
ꝑsonas eccl'iasticas. c. ⁊ si pigno
rationes. extra de iniur.
¶ Quart⁹ ē cū clerici male trac
tāt bona eccl'iarum dilapidādo in
debite: alienando: in pōpas ⁊ la
scitias expēdēdo: ꝯsāguineos di
tādo. 12. q. 2. c. null⁹. et bona de
bita paupib⁹ l' clericis l' repara
tioni eccie subtrahēdo dȝ resti
tuere. ¶ Quit⁹ cū subtrahunt
legata facta eccliis. 13. q. 2. c. qui
oblatōes. l' ñ soluūt decie vbi cō
sueuerit solui. l' cū nō ē legittie i
bñficio ꝯstitut⁹: sȝ ꝑ itrusionē l'
ꝑ symoniā l' hȝ aliqd' ipedimētū
irregl'aritatis: tenet eni fruct⁹
ꝑceptos restituere. de re. iu. li. 6
de his in. 2. pte sū. ti. i. c.
¶ Manus iniste iudicatoria. Be
at⁹ qui excutit manus suas ab oi
munere. Isa. 33. s. obsequii. pecu
nie et laudis. p munera eni fre
quent puertit iudiciū. ⁊ hec ma
nus hȝ. 5. digitos. ¶ Primus ē
qñ iudex seu quicūqȝ official' dat
iniustā sñiaȝ ex certa scia quacū
qȝ de cā: siue odio: siue amore: si
ue corruptōe pecunie: ⁊ tal' tene
tur de oi dāno et interesse parti
lese. Ray. 11. q. 3. c. quatuor.

¶ Secundus ē q̄n ex ignorantia
crassa ꝓfert iniustā sñiaz. n̄ eni
debebat se ponere ad id ad qđ n̄
erat idoneus cū pıculo alterius:
secus si decept⁹ ꝯsilio assessoris
qui putabat̄ idoneus ex malicia
vel ex ignorātia crassa male cō
sulētis: tūc tenebit̄ assessor parti
de expēsis secundū Ray.
¶ Terti⁹ ē q̄n notabili neglıgē
tia ꝓtulit iniustā sñiam. puta qr
noluit laborare ad legēdū in li
bris quod potuisset inuenire: et
videt̄ etiā teneri. vt: c. si culpa
extra de iniu. ¶ Quart⁹ q̄n ac
cipit pecuniā ꝓ iudicādo vel nō
iudicādo: aut bn̄ aut male. Ray
etiā talē pecuniā sibi retinere n̄
pōt: sꝫ paupıb⁹ dare vł reddere
dāti. ¶ Quintus cū nō vult iu
dicare et dare sñiaz ꝓut pōt ⁊ de
bet: ne displiceat habēti iniusti
ciā: aut vt dānificet ius haben
tem: et tał tenetur si pars postea
amittat iustā causā: vel si remit
tat penas ł diminuat iniuste cū
nō possit tenetur coītati si auxe
rit penā iniuste tenet̄ ei qui sol
uit. Tho. et Ray. de his ī. 2. pte
sū. ti. i. c. ¶ Man⁹ ī iudicio in
iuste assistoria. de hac ne iūges
manum tuā ut ꝓ impio dicas fal
sū testimoniū. Exo. 23. Isa. 21.
Eruite oppressum de manu calū
niātis. et hec hꝫ. 5. digitos secū
dū ꝙ quiqꝫ genera hominū ibi
ꝯcurrūt. s. aduocat⁹. iuriscōsult⁹
actor et ꝓcurator. testis et reus.
¶ Primus ergo ē aduocatus qui
si sciēter assumit ad defensādū
iniustā causā: obtinens victoriā
cause de omni dāno tenetur ad
uersario si clientulus nō satisfecit
Tho. 2. secūde. q. Si vero nō
obtinet: tenetur clientulo de ex

pēsis. q̄n videlꝫ dixit sibi causā
eē iustā: cū alˀs ille nō litigasset
sꝫ si assumit causā iustā ⁊ ex cras
sa ignorātia ł notabili negligē
tia ꝑdit: videtur teneri cliētulo
de dāno suo. c. si cłpa. extra de
iniur̄. et dā. ¶ Secūdus iuris
cōsult⁹ si sciēter prestat malū cō
siliū uł fraudulentū: vn̄ ius hn̄s
ꝑdit causā siue sit ille cui ꝯsulit
siue alt̄: tenet̄ de dānis inde se
cutis. si vero fidelr ꝯsulit vt scit
nō tenet̄. vt. c. nemo ex cōsilio.
de reg. iur̄. li. 6. ¶ Tertius ē
actor et ꝓcurator qui accusat ali
quē falso crimie: uł petit indebi
tū sciēter: tenet̄ de omni dāno
qđ inde recipit etiā aduersari⁹
de expēsis. Tho. 2. secūde. q.
¶ Quart⁹ ē reus si negat verita
tē de qua iuridice introgat̄: ne
gādo indebitū pecunie tenetur
actori. negādo aūt crimē vn̄ se
quitur accusatori mors ł mutila
tio: ł alia pena: uł fatigādo sciē
ter appellationib⁹ ł dilatōnib⁹
tenetur ad arbitriū boni viri.
¶ Quintus testis si ex falso testi
monio eius sciēter facto actor uł
reus incurrūt aliquod dānū iniu
ste: tenet̄ tał in solidū. extra de
iniur̄. c. si culpa. et si accipit pe
cuniā ꝓ testimonio ferēdo: etiā
vere tenetur, illa paupıb⁹ eroga
re. 14. q. 5. c. non sane. et de his
oibus in. 2. pte sū. ti. i. c.
¶ Manus fraudatoria. Job. 31.
In manib⁹ meis n̄ adhesit macu
la. s. fraudis. ⁊ hec hꝫ. 5. digitos
seu modos. ¶ Prim⁹ ē in rerū
quiditate. vn̄. s. vna substantia
vēdit̄ ꝓ alia. vt vinū limphatū
ꝓ puro. aurū vel argentū archi
miatū ꝓ puro et huiusmodi.
¶ Secūdus est in quātitate. vt

cũ dãtur diminute mẽsure ꝉ pō dera. puta vndecim vncie pro libra. vel i vasis de vino. oleo. tritico et hmōi. vel in cãnis de pã no laneo lineo et hmōi.

¶ Terti⁹ ē in qualitate. vt cũ vẽditur res defectuosa. vt vinũ. ꝉ caro corrupta ꝓ bona. aĩal viciosum et claudicãs pro sano: nō diminuẽdo de precio: et mꝉto grauius esset vendẽdo rẽ nociuã et periculosam homini.

Quartus ē in precii inequalitate. vt cũ vẽdit̃ res plus iusto precio: q̃ valeat sciẽter: vel cũ multo minus precio emit̃: qꝛ uẽditor nō cognoscit rẽ: vꝉ qꝛ ducit̃ maxima necessitate.

¶ Quintus ē in gabelle debite vꝉ pedagii subtractione. videlꝫ qꝛ occꝉte introducit rẽ ad ciuitatẽ: vꝉ asserit esse ꝓ alio: vꝉ minoris quãtitatis vt minus soluat. hi oẽs tenẽtur satisfacere secundũ tho. 2. secunde. q. et Ray. de his omnibus habes in. 2. parte sum. ti. i. c.

¶ Manus falsificatoria. Job. 5. Qui dissipat cogitationes malignoꝝ ne possint manus eoꝝ implere qđ ceperĩt manifestãdo . s. falsitates eoꝝ. ⁊ hec habꝫ quīqꝫ digitos vel modos.

¶ Primus ē in pōderibus et mẽsuris: faciẽdo falsas monetas vꝉ eis vtẽdo falsis et diminutis in uẽdendo et emẽdo mẽsuris excessiuis: tenet̃ etiã talꝉ de damnis inde secutis illis talibus.

¶ Secũdus ē in falsis monetis. fabricãdo eas falsas: vel incidẽdo: aut falsatis ⁊ diminutis ꝓ legittimis sciẽter utẽdo: ultra peccatũ tenet̃ de dãnis lesis.

¶ Tertius ē in bullis aplꝉicis falsis: ꝉ p subreptōnẽ obtẽtis. cũ. s. expressũ ē falsum i supplicatōne omissũ illđ exprimẽdo: quo enarrato nō obtinuisset. Bñficiũ enĩ vel grã sic obtẽta ñ valet. vñ tenet̃ satisfacere de emolumento per ipsas obtento.

¶ Quart⁹ ē in instr̃is et scripturis falsificatis. vt testamẽtis in quib⁹ scribũtur legata aliṫ q̃ disponatur a testatore ꝉ scripture vbi apparẽt debita et cassant̃ ⁊ hmōi. ¶ Quint⁹ ē in falsis partubus. ut cũ mulier ɔcipit p adulteriũ ꝉ supponit sibi alienũ partũ que tenet̃ de oib⁹ que cōsumit filius putatiuus de bonis mariti: et de his que vt filio legittio de hereditate reliquerẽt̃. c. si cꝉpa extra de iniur̃. ⁊ de his i. 2. pte sũ. ti. i. c. ¶ Manus ꝓditoria de qua christ⁹ luce. 22. Ecce manus tradẽtis mecũ ē in mẽsa. nō eni fit ꝓditio nisi p familiares. et hec habet quinqꝫ digitos.

¶ Prim⁹ ē in castris ppꝉis ⁊ tris qñ. s. quis aufert legittimo dño: et dat ꝓditorie alteri qui ibi ius nō habet: talis tenet̃ de oib⁹ dãnis inde secutis

¶ Secundus ē in psonis. qñ quis tradit dñm suũ vꝉ amicũ in manus inimici occidendũ vꝉ redimendũ uꝉ impediẽdũ a negociis suis tenet̃ illis ad oẽ interesse.

¶ Terti⁹ in reb⁹. qñ pecunias ꝉ alia bona sui dñi vel amici ꝓcurat deuenire ad man⁹ inimicoꝝ aut cũ associat se cum aliquo vt ducat ad locũ ubi spolietur.

¶ Quartus ē qñ secreta reuelat sui dñi ꝉ dãnificat: vel aduocatus secreta cause quam defendit aduersario pãdit: vt se possit defendere tenet̃ de damnis. extra

de iniur. c. si culpa. et de his in
.2. parte sū. ti. i. c. ¶ Quint⁹
scilicȝ cū quis vtit᷑ insidiis ñ ser
uādo pacta ꝓmissa etiā si essȝ ho
stis: dūmodo et ipse ei seruat fi
dē et nō alias. vt. 33. q. i. c. noli.
¶ Manus symoniaca. et de hac
3. regū. 13. Quicūqȝ volebat im
plebat manū suā. s. pecunia quā
dabat et fiebat sacerdos. et hec
habet quiqȝ digitos. ¶ Prim⁹
est accipe pecuniā ꝉ alia tēpora
lia ꝓ sacramētis aut bñficiis cō
ferēdis ꝉ collatis ꝑ modū precii:
nō ꝑ modū elemosyne: ⁊ talē pe
cuniā retinere nō pōt: sȝ paupi
bus debet erogare: ꝉ eccl'ie i cu
ius iniuriā data ē. Tho. 2. secun
de. q. 100. ¶ Secūdus accipe pe
cuniā appreciatiue ꝓ aliis rebus
sacris. vt eccl'iis: altaribus cōse
cratis: aqua baptismali cōsecra
ta: oleo sācto et reliquiis sāctoꝝ:
sepl'turis loci sacri: iure patrona
tus: ingressu religionis ⁊ hmōi
talis pecunia nō pōt retineri: sȝ
oportet paupib⁹ eā erogare: vel
ecclesie ꝓ qua ē ꝯmissa symonia
¶ Tertius ē ꝓ spūalib⁹ exercitiis
et ꝓ predicādo. orādo. visitādo.
eligēdo. cōfirmādo. a correptōe
desistēdo. curā aiarū exercēdo.
cōsecrādo et hmōi alia recipien
do pecuniā exactiue: ꝉ partiona
liter: vl' appreciatiue: tenet᷑ pau
peribus erogare vel ecclesie in
cui⁹ iiuriā data ē: sȝ ꝑ modū ele
mosyne sibi retinere pōt sic da
ta. ¶ Quart⁹ ē qñ accipit bñfi
ciū simplex ꝉ curatū: aut digni
tatē symoiace: qr tenet᷑ resigna
re ⁊ fruct⁹ inde ꝑceptos restitue
re: etiā ꝯsūptos deductis expen
sis factis in vtilitatē beneficii il
lius etiā ꝓ fructibus colligēdis.

¶ Quintus ē de mediatorib⁹ ad
ꝓcurandū officiū vel bñficiū ec
clesiastici: vl' aliquod spūale: hi
tenētur pecuniā ꝓpter hoc rece
ptā paupibus erogare. Hec oia
Tho. 2. secunde. q. 100. Ray. et
Inno. de his in. 2. parte sū. ti.
.i. ꝑtotū. ¶ Manus impedito
ria. Eccl'iastici. 12. Ue duplici
corde et manibus malefaciētib⁹
.i. impediētibus bona alioꝝ. et
hec habet quinqȝ digitos.
¶ Primus ē qñ quis impedit ali
quem a cōsecutione alicuius offi
cii vel bñficii: et si iā illud erat
consecutus et possidebat: et iniu
ste procurauit auferri sibi: tenet᷑
satisfacere in totū. Si vero nō
dū erat cōsecutus. sed in via ha
bēdi: tenet᷑ ad arbitriū boni vi
ri. Tho. et Ric. in. 4. di.
¶ Secūdus ē qñ impedit fructus
ꝓuēturos alicuius agri vl' vinee
videlicet effodiendo semina: de
struēdo vineas arbores et hmōi
qui tenebit᷑ ad quantū estimāt᷑
fruct⁹ i illo dubio udituri. tho:
in. 4. Tenēdo etiā colūbarias ⁊
nō sufficiēter pascēdo columbas
vñ damnū inferūt seminibus ꝉ
fructibus tenētur de dānis. pe.
de pal'. in. 4. ¶ Tertius ē de
his qui faciūt statuta ꝉ capitula:
ne vsure solute possint repeti vl'
ꝙ possint homines cogi ad soluē
dū et qui iudicāt secundū ea: vl'
etiā sine statutis dāt sententiaȝ
ꝙ soluātur vsure: vel solute non
repetātur: hi tenētur ad restitu
endū eas si vsurarii ñ restituāt
Impediūt eni restitutōnē. 14. q.
.3. c. cōsentit.
¶ Quartus ē de his qui dāt litte
ras emunitorias debitoribus in
iuste ne possint cogi a creditori

bus ad soluēdū eis cū possint. hi
tenētur illis de illis dānis.
¶ Quit⁹ ē de iniuste impedienti
bus ne quis possit exequi nego
cia sua honesta occłtādo instr̄a
vel scripturas p̄ que manifestat̄
ius suū: vł impediētes ne quis ac
cedat ad iudicē ecclīasticū ī cā
qua pōt vbi sibi faciet iusticiā: vł
alr̄ iiuste ⁊ maliciose se impedi
ens iter suā ad iudiciū vel ad ne
gocia sua: vñ recipit dānū: ⁊ de
his tenet̄. ¶ Man⁹ lusoria. de
qua pōt intelligi illud Job.31.
Si.i.ñ osculatus sū manū meā ī
abscondito. Lusor eni cū vincit
attribuit man⁹ idustrie vñ alñ
osculat̄ eā vt causā lucri. et hec
habz.5.digitos. ¶ Primus cū
decipit̄ in ludo. vz p̄ falsos taxil
los aut cartas dicēdo mēdaciū ⁊
sic vicit: tenet̄ eni restituere de
precepto. ¶ Secūdus ē qñ vicit
aliis qui alienare ñ pñt. vt sunt
serui: filiifamilias: precipue pu
pilli: vxores: religiosi et hi⁹. hec
oportz restituere illis qui habēt
curā illoꝝ. ¶ Terti⁹ qñ vincit
ei quē induxit ad ludendū mł̄ta
importunitate: cū nō vellet lude
re: vł volentē a ludo recedere in
uitū detinet: tenet̄ restituere.
¶ Quart⁹ qñ vicit ī loco vbi ꝓhi
bet̄ ludus ⁊ p̄ leges mādat̄ fieri
restitutio: que nec p̄ dissuetudi
nē sūt abrogate: ⁊ tūc etiā tene
tur restituere p̄dēti: secūdū tho.
.2. secūde. q. Ric. in.4. ray.
Inno. et alios. ¶ Quitus ē qñ
vincit ī locis vbi nō ꝓhibetur lu
dus: vł si ꝓhibet̄ leges sunt abro
gate p̄ ꝯtrariā ꝯsuetudinē: ⁊ tūc
vz paupibus erogare. Utrū ve
ro nō de necessitate vł de hone
state vide in.2.pte sū.ti.i.c. de
ludo. vbi plene. ¶ Manus lo
cationis ⁊ ꝯductionis viciatoria
de hac deutro.23. Uidebit ꝙ in
firmata sit manus .i. deficiens
opus ī locādo et ꝯducēdo. et hec
hz.5.digitos.
¶ Prim⁹ quando quis locat alte
ri rem viciosam sciēs. vt equum
claudicantem: vł domum ruitu
rā: qui tenet̄ de dāno inde secu
to illi tali.
¶ Secundus est quando nimis
notabiliter exigit preciū de re
locata. domo: agro: veste ⁊ hmōi
vel qñ aufert ab eo rē locatā siñ
cā rōnabili añ tēpus ꝯuentū: te
net̄ eni ei de dāno. Ray.
¶ Terttius qñ cōducit quis aliū
ad opādum nimis paruo precio
notabilit: vł debitā mercedē ni
mis tardat dare cū pōt: vñ ille
recipit damnū: vel loco pecunie
debite dat sibi res quas oportet
eū vēdere minori precio: ꝙ̄ dz ha
bere. ¶ Quartus si ꝯductus ad
operā ex festinātia vł negligen
tia nō fidelr̄ ē opat⁹ et bñ: vñ se
quit̄ damnū sue rei. ¶ Quitus
qñ male tractauit rē sibi locatā
ut domū vł agrum p̄mittēdo de
struere. vt equos boues et hmōi
nimis fatigādo ⁊ hi⁹. tenet̄ tal̄
de hmōi dānis ad arbitriū boni
viri. Ray. in sū. Uasallus autē
qui bona que hz in feudū a dño
male tractat ex malicia vł negli
gētia tenet̄ de dānis. et de his
in.2. parte sū.ti.i.c.
¶ Manus turpit̄ lucratoria. de
qua Isa.i. dñs ait. Manus vr̄e
plene sūt sanguine.i. turpibus
lucris. et hec hz.5.digitos.
¶ Prim⁹ ē lucrū ex ope carnali
vt meretricio. lenocinio. cōcubi
natu adulterio et hmōi.

¶ Secũdus. ē ex arte vl' actu ꝓhi
bito lucrari. vt ex arte mutuãdi
vel faciẽdi taxillos: cartas: fucos
torneamenta: histrionatu turpi
seruiendo vsurario i numerãdo
pecuniã ad vsurã et scribẽdo et
hmōi. in faciẽdo indiuinatōnes
incãtationes et hmōi: in scribẽ
do instrã in fraudẽ vsurarum.
¶ Tertius ē lucrãdo tpe ꝓhibito
vt dieb' festiuis vẽdẽdo et emẽ
do sine necessitate. scribẽdo vel
alia opa ob lucrũ faciendo.
¶ Quartus ē negociari i locis ꝓ
hibitis. vt in eccl'iis vẽdendo l'
emẽdo: l' etiã mittẽdo ad terras
sarracenoꝝ l' portãdo arma l' li
gnamina l' victualia et quecun
qȝ mercimonia siñ licẽtia pape
tenet' illud quod lucratus ē et tã
tundẽ de suo mittere i subsidiũ
terre sancte. ¶ Quintus est ex
intentione mere cupiditatis va
care negociationi: vl' intẽtione
introducendi caristiã: hi oẽs de
bẽt acquisita paupib' erogare.
magis tñ ex honestate et ꝯsilio:
q̃ ex nccitate. 14. q. 1. c. qui hẽtis
et de his in. 2. parte sũ. ti. 1. c.
¶ Man' detractoria. psal. Erue
scilicet deus de manu canis. 1.
detractoris animã meã. 1. vitã
ꝑuer. 8. Mors et vita in manib'
detractori e lingue. et hec habet
quinqȝ digitos.
¶ Primus ē cũ quis accusat ali
quem de falso et cõuictus de cri
mine ꝯdemnatur: talis tenetur
ei satisfacere: nõ quidẽ detegẽ
do falsitatẽ postq̃ est punitus re
us: quia sibi imminet periculum
persone ⁊ illi iam punito non sa
tisfaceret: ȝ aliter ad arbitriũ
boni viri ante satisfacere debȝ
q̃ puniat'. debetqȝ detegere fal
sitatẽ uel desistere ab accusatõe
¶ Secundus est quãdo extra iu
dicium infamat aliquem de cri
mine sciẽs nõ esse verũ vl' nesci
ens si est verum et tenetur illis
quibus dixit declarare se falsũ
dixisse: nisi sibi ex hoc immine
ret magnũ periculũ vite et hi':
nã tũc aliter ꝑut põt debet satis
facere vel cũ libellos famosos su
per crimen de eo cõponit: vel cã
tilenas: quod peius est.
¶ Tertius quãdo aliquod crimẽ
commissũ vere ab alio auget ali
quid aliud notabile quod est fal
sum. vt cũ dicit se vl' aliũ turpia
colloquia vel gestus habuisse cũ
aliqua: ȝ etiã carnalẽ copulã: l'
etiam cũ alii dicunt de eo turpi
tudinẽ cũ aliqua agere tacet stu
diose: vel aliqua signa facit vt
credãt verũ esse quod nõ est: et
talis tenet' ad declarandũ falsũ
esse. ¶ Quartus est cum dicit
aliquod crimen alterius referẽs
